

B V

Buxus. Lege. Butyrum.

B V X

Buxus color est, qui pro pallido sumitur.
Pollet enim præ cæteris buxeæ maceria.

B Y

Byne, medicamentum quo tumores olim ponebantur; eo usus est Aetius. Erat autem hordeum madefactum, quod germen emisit; & deinde una cum enatis ligulis torrebatur, tritumq; pro cataplasmate imponebatur. Aetius libro. 10. capite. 29.

Bystriæ. dicitur, cui ad collum humeri sunt cōtractiores. Quanq; apud Pausaniā quoq; eo appellatur uocabulo, qui collum componit, sursumq; protrudit humeros. Byssinus color, a Byssolíni genere tenuissimo, fulget ut aurum.

C A C

Cacabulum. Solanum, uel Strych non apud Dioscoridem libro. 4. capite. 74.

Cacabi, & Cacabides, a sonitu & stridore dictæ olim perdices sunt.

Cacabos lingua Pœnorum Solanum somniferū, apud Dioscor. lib. 4. cap. 76.

Cacaliam, eam putant esse quæ apud Pliniū margaritis minutis similis redditur, libro. 4. Dioscor. capite. 124.

Cacalia. Vide. Cancamus.

κακεψία, malus corporis habitus, ubi ex mala corporis habitudine alimento corrumpitur. Vide. Tabes.

Cachectici, quorū corpus macie conficitur.

Cachla, Buphtalmos, Dioscor. li. 3. ca. 157.

Cachrij, rosmarinī semen, uel rosmarinī herba. Sic Nicandrischolia, meminit & Diocorides, Cachryos.

Catoblepa, modico corpore, s; ceteris membris iners, caput tm̄ pregraue egre ferens, id deiectū semper in terrā; alias internecio humani generis, omnibus qui oculos eius uidere, cōfestim expirantibus. Plin. lib. 8.

κακοχυία, malus succus. (cap. 21.

κακοχροία, decolorata corporis species sine manifesta cauſa. Paul. uocauit ἀχεοιαν.

Cacoethia, malignitas.

κακούθεστ, pessimū ulceris genus, quod sua ui grande difficileq; appetit, ignauum, & quod dolo interdū fallit. Paul. de ulcerib.

κακότραχος, male suratus, male tibiatus.

Theop. τωνεστὶ κακονάμοισιν ἐρίσδαι.

Cacophonia, uocis uicium.

C A

Cacos, Iris sylvestris apud Dio. lib. 4. ca. 25.
κακοσόμαχος, quod stomacho nō conuenit.
κακοσόμαχα, quæ stomachum lædunt.
κακοχυλά, quæ mali succi sunt.

C A D

Cadmiam, & eius usum, & genera eius, lege apud Dioscor. libro. 5. capite. 75.

C A L A

Calabrix, pro sentice, a græco fortasse, cum Iulius Pollux inter uillarum septa maneret, genus unum quod καλαβρῶν inquit appellatur.

καλαβρῖσ. Lege, Crommion.

Calamagrostis, gramen hatundinum apud Dioscor. libro. 4. capite. 34.

Calamintha, Mentha, seu Hediosmos, apud Dioscor. libro. 3. capite. 39.

Calamintha sylvestris, Scordium, apud Diosc. libro. 3. capite. 123.

κάλαμοι. Lege. Harundo.

καλαμίδας Græci proprie dixerunt acus ex harundine factas, quibus mulieres cincnos & uelamēta capitis uelarent; quod nunc æreis, aut argenteis fit.

Calamites, ranarum species in harundinis, frutetisq; roris linctu uictitans, sine uoce, omniumq; minima & uiridissima; quæ si forte a bubus hauriatur, distendit eas. Hanc & Driopterem luocari credimus a Plinio: quia inter frutices & arbores uescitur, teut. Laubfrosch. Est & genus uocalis, paruæ, scandentis arbores. Inuenitur & palustris, muta, inter uenena. Aristoteles ranas cōmunes Tolmatæas, aut Lymnaeas, hoc est, lutarias & lacustres nominat. Varro Iuridam ranam dicendo, pro calamite uidetur dixisse: quamq; epitheton hoc ranarum omnium faciant Poetæ. Habetur & Batrachos halica, hoc est, pisatrix rana, sed inter pisces, Aristoteli, & Girroni.

Calamus odoratus in India nascitur. Melior est fuluus, dense coloratus, & qui assulo se frangitur, plena araneorum fistula, albicans, lentus in mandendo, & adstringens, & cum aliquanta acrimonía amarus. Plinius lib. 12. cap. 22. Calamus odoratus in Arabia nascens, cōmunit Indis atq; Syriæ est. Marc. Verg. Qui odoratus Calamus dicitur a Dioscor. libro. 1. cap. 17. a Plutarcho in libello, quod Brutus ratione utatur, Arabicus dictus est; & quam natale

e

C A

solum Dioscor. adsignat, ille Arabiam decernit. Quod & Theophr. indicat, & Plinius, qui & in Arabia nasci confirmant. Calamus arabicus, id est, odoratus, de quo proxime supra.

Calamus aromaticus. sic Officinae hodie uocant Calamum odoratum, sed hodie nullus habetur; et quod uulgo eo nomine uocat, radix potius est, & calamus, atque uel acorus est, uel alia quedam res nobis ignota. Manardus. Videant igitur hic myropolae, uideant Medici barbari, ne in perpetuum imponant uulgo.

Calamochnon, id est, harundinum lanuginem, Adarcem Graeci uocant: eius meminit Dioscor. libro. 5. cap. 128.

C A L C

Calcaneum, scelos, & pterna, quasi patera dicitur: quoniā *ωατης εραν*, id est, procalcar: ut probat Eustachius. Vnde pterna ciuitatis, apud Lycophronem, pro basi.

Calcotar adustum, i. uiridulum albū adustum. Calculcræ, purpuræ, a calculo maris mire apto cōchylis, & longe optimo purpuris. Dictæ & purpuræ calculosæ.

Calculus pultarius, oris compressioris. Interdum percommode corpori aptatur uice cucurbitularum. Celsus lib. 2. cap. 10.

C A L D

Calda, Caldum ueteres dicebant, nos calidum. Quod & Quintilianus adnotauit. Martialis. Iam defecisset portantes calda ministros. Caldor pro calore poní, autor Columella libro. 6. capite. 29.

C A L I

Calida mēbra in homine sunt, cor, sanguis, spiritus (qui etiam temperatus asseritur) secur: exinde caro, musculi: deinceps renes, & lumen.

Calidarium quid sit, lege Apnigeon. Caluata uinea, teste Catone & Plinio, in qua uites quidē sunt, uerū paucæ, raræ, ut in caluitio capilli. Nam & græcis loca satis, fruticibusq; nuda, φελάκεαι, quasi caluata appellantur: ut quæ nihil ferunt. Apud Columellam, Glabreta.

καλιτριχού, quod capillicum augmentat. Calicles, Medicus.

C A L L

καλλαι, latine, insectæ. Callæi, Lege. *καλλαιοι*. *καλλαιοι*, gallinaccorum barbae.

C A

Callirion, Liliū, flos, apud Dioscoridem lib. 3. capite. 115.

Callias, Solanum somniferū apud Dioscor. libro. 4. capite. 76.

καλλιθελεφαγα, uide, Circumlitiones.

Callimerus, uide, Acetabula.

Callionius, pisces nomen, cuius fel inter alia probat Dioscor. lib. 2. Quidam pro Accipenser accipiunt: alij pro lyco, & sacro pisce. Callistei, apud Aegyptios, olim in acutum reformati panes.

Callitrichon, Capillus ueneris apud Dioscor. libro. 4. capite. 137.

Callitriches, toto pene aspectu differunt a simijs, barba in facie, cauda late diffusa priori parte. Hoc animal negatur uiuere in alio, nisi in Aethiopia, quo gignitur cœlo. Plinius libro. 8. capite. 54.

Callius mas, Tripolium apud Dioscor. libro. 4. capite. 136.

Callus, est substantia lapidosa, & rigida, compacta quedam, alba, atque exspiratione pruata caro. Vnde etiam dolorem non sentit. quippe cum neque uena, neque neruus in ipsam pertingat. Curationem eius uide apud Paulum lib. 6. cap. 77.

Callyrrhyton, Lege, Struthum.

C A L O

Calor totum occupans corpus, febris est. Gale, lib. de causis morborum.

C A L T

Caltalherba segetum, flore purpureo.

C A L V

Calura, ea pars capitis quæ capillis intecta est: cuius prior pars synciput, posterior occiput uocatur.

Calua, & Caluaria, idem. Sed & loca sepulturæ publica dicuntur Caluariae, quæ græci Polyandria uocant.

Caluaria, Calua, *κρανιον*, idem.

Caluitium, Ophiasis, & Alopecia nomen latinum.

Caluitium, canicei cōtrarium, per inopiā fit humiditatis, & radicis capillorū marcorē.

C A L X

Calx ex quibus lapidib. debeat parari, deq; eius bonitate uel malicia, uide etiam Virtuuum libro. 2. capite. 5.

Calx colata, quæ uulgo liquefacta.

Calx Veneris, gebrant ertz.

Calx uiua quomodo paranda, lege apud Dioscor. libro. 5. capite. 124.

C A

C A L Y

Calycanthemon, Volucrum, apud Dioscoridem libro. 4. capite. 15.
Calycanthemon, Periclymenon, apud Dioscōr. libro. 4. capite. 16.

C A M

Camarus, Delphinium apud Dioscoridem libro. 3. capite. 82.
Cammaron, Mandragora apud Dioscōr. libro. 4. capite. 79.
Cāmaron, Aconitum apud Dio. li. 4. ca. 80.
Cammari sunt quos Græci quoq; Cammaros appellant, itemq; Astacos.
Camelopodion, Prassium apud Dioscoridem libro. 3. capite. 119.
καμάτιρωσις, quasi testudinatio, caluæ ictus est, in qua ossis pars aliqua in testudinis & cameræ formam suspensa relinquitur, altrius a reliqua calua seperata. Lege, Fructurarum ossium differentiæ.
Camphota, ab Aetio Caphura, in odoratissima adhibetur, uulgo omnibus notissima, officinis præcipue: frigida in quarto gradu, arboris cuiusdam gumi.
καμύλευμα, rosmarinis species quædam, sed fertilior. Vide Dioscōr. libro. 3.
Camachirus, medicus, citatur ab Galeno libro Simplicium.
καμών, suffrago, poples, nodus.
καμών, id est, Eruca, uermiculus qui olera depascitur. Est aliud bestiæ genus, quod in Libya Liber pater sustulisse fabulatur, ad Zambirram oppidum, tumulo in monumentum eius facti condito.
καμωται, Lege, Erucæ.

C A N C

Cancamus, herba a Galeno dicitur, ab Dioscōr. Cacalia. Nam Caucalis alia est. In quo etiam neotherici fœdissime diffunduntur. Græci lignum quoq; aridum Cancanon appellant.
Cancanum, secundum quosdam Lacca, & longe alia q; que de purpurarū floccis conficitur tinctoribus. Est & gumi quoddam genus, fluens ex arbore, Lacca dictum, tinetur utile, Barb. in Corell. 23. lib. 1. Dioscōr. lib. 1. cap. Cyphi. Plin. lib. 12. ca. 20.
Cancer, est tumor inæqualis, asper, fœdus, subliuidus, dolore infestans, absq; ulcere interdum; quem etiam latenter nonunq; appellavit Hippoc. qui scilicet curatione potius irritatur; interdum cum ulcere pro-

C A

ueniens. Paulus libro. 6. capite. 45.

C A N C H

Cancherinon Lapathon, Lapathi ea species quam Oxalida uocant, uerus rumex.
καγχενόφαρα δένδρα, omnes arbores sic uocantur apud Theophr. quæ κάγχρον ferrunt: numerauitq; in hoc genere idein scriptor, & Plinius abietem, laricem, pinum, piceam, tiliam, platanum. Plinius tamē pilulam interpretatur. Caret latino nomine κάχρυσ hæc, quemadmodum & Libanotidis semen, quod unica interposita litera τι κάγχρυν uocant. Vocant & Canchryn, & Canchrydia idem Græci, molita primū, mox frixa hordea, magna nominū similitudine, & ob id presenti semper dubitatione, quid in ea uoce intelligendum sit. Sollicitè igitur agendū inter legendū, qm tam proclivis est lapsus, ne unā pro alia usurpem.
κάχρησ, quid differat ab κάγχρυσ, lege, καγχενόφαρα δένδρα.
κάγχρησ, rosmarinis semē, eius quæ inter feriles & fructiferas recensetur. Diosc. lib. 3.

C A N D

Candaulus, siue Candylos, mixtura ex carne cocta, pane & caseo phrygio, ut inquit Athenæus; siue ut Plin. ex lacte & melle.
Candelæ sunt, quacunq; constent materia, scirpis, tæda, seuo, cera; ut mirum non sit, libros Numæ candelis inuiolatos tradi.
Candens, Lege, Albus.
Candidus, Lege, Albus.

C A N E

Canella, uulgo Cinnamomum, idq; Italico idiomate, & a mercatoribus.
Canes Laconici, Arcades, Argolici, Cyrenaici, Libyci, Molossi, Indici, Castorides, Bretrei, Cretenses, Celtici, Alanii, Diaponti, Parippi, Melitei, qui sunt, collige ex singulis nominibus sub sua litera. Autor vero omnium Pollux.

C A N I

Canina Brassica, Cynocrambe apud Dioscōr. libro. 4. capite. 202.
Caninum malum, Mandragora apud Dioscōr. libro. 4. capite. 79.
Canica, Furfur.
Canicaceus panis, panis furfureus.
Canicies, Lege, Capillorum affectus.
Canicies, ut inquit Aristoteles, pili est egritudo, aliquā quidē uitio corporis, aliquā cum senio nimio corpus in frigiditatem prolabitur.

e ij

C A

Caniculae marinæ. Vide Plin. lib. 9. ca. 46.
Canis. Plin. lib. 8. cap. 40. Garamantū regem canes ducenti ab exilio reduxere, præ liantes cōtra resistentes. Propter bella Colophonij, Castabalenescz cohortes canū habuere, et primē dimicabāt in acie, nunq; detrectantes; hēc erant fidelissima auxilia, nec stipendiorū indigna. Pugnasse aduersus latrones canem pro dñō accēpimus. Fidelissimi, ut inquit Plin. ante omnia homini sunt Canes. Colum. lib. 7. cap. 12.
Canina appetenda, insatiable cibī cupiditas, apud Paulum lib. 2. cap. 52.

C A N N

Cannabion, Cannabis sativa apud Dioscoridem libro. 3. capite. 166.
Cannabis sylvestris, apud Dio. li. 3. ca. 166.

C A N O

Canocersea, Helxine, apud Dioscoridem libro. 4. capite. 42.
Canopicon, Pityusa, apud Dios. li. 4. c. 176.

C A N T H

Cantharides, uermiculi scicorum & pyri, & rosæ. Quidam scarabēos pilularios, qui & Canthari, accipiunt, & ab Hippocr. Capriones vocantur. Plin. Est inquit, Cantharis scarabaeus parvus, fruteta erodens. **Cantharidum uenenum** qua in parte regnet, non constat apud meditos. Quidam enim in pedibus, alij in capite affirmant esse. De eorum iuuamentis lege Dioscor. lib. 2. cap. 65. Plin. lib. 11. cap. 28.

Canthari, Lege. κανθαρίδεσ.

Cantharis, Fumus terræ apud Dioscoridē libro. 4. capite. iii.

κανθοι, duo anguli in oculis. Gal. in Isagogi co. De ijs primo animaliū, κοινογ δέ τησ Ελεφαρίδοσ μέροσ τησ ἄνω και μετώ καιν θοι, δένω μὲν τρέστ την ἔνι δέ τρέστ κροτά φοισ, id est, pars communis superioris, inferiorisq; palpebrae Canthus est: quē duplēm habet uterq; oculus, alterum iuxta nasum, iuxta tempora alterum.

Canthi domestici, Lege, Oculorū anguli. Lege item ἁντηρέσ.

Canthi sylvestres, Lege. ἁντηρέσ.

C A N T

Canterij equi sunt, qui a rusticis vocantur Caballi; quibus adempti sunt testiculi, teu-ton. Münch. Apud Columellam genus est simplicis iugi, siue iugatæ uineæ, porrecto ordine quem canterium appellant, me-

C A

liorq; ea uino est, quando s. ipsa nō obumbrata, assiduoq; sole coquitur, et afflatū magis sentit, & celerius rorem dimittit, pamphationi quoq; omni facilior, super cætera deflorescit: utilius fit id iugum pertica, aut arundinea, aut funiculo. Colum. lib. 4. ca. 18. Hinc Canteriatæ uites. Columella libro. 5. capite. 8.

C A N V

Canus, Lege. Albus.

C A P E

Caper sylvaticus, Ambrosia herba, apud Dioscor. lib. 3. cap. 127.

Caphura, id est, Camphora, secundum Aetium, arboris cuiusdam gumī.

Capidula. Vide. Capis.

Capidam a Catone dictam inuenimus, ad lotium mouendū, iuniperō similem: uerū quæ sit dicere conjectura nequimus.

Capillorū affectus nouē sunt, scilicet. Contorsio. Decoloratio. Quassatio. Fractio. Nutrimenti penuria. ἀτροφία, Canicies, Alopecia. Fluxio. Contorsio in extremitate est capillorū habitus, & connexio indiuisibilis, adeo, ut non possint augescere crines. Conquasitio aut hēc est, inæqualis crinum dissidentia, quæ fit forcipibus combinatoris, aut tunsis non dissimilis. Atrophia, id est, nutrimenti indigentia, est uehemēs ex defectu gracilitas, propter quam non possunt crines crescere. Ἑγεσία autem est, quum lanuginosa est crinum superficies, similis his qui sunt puluere discissi & disoluti. Defluxio capillorū, est incidentia sequens plārumq; deficientes: aut qui ex morbo longo conualescunt. Canicies, est mutatio crinum in alborem ante maturū ætatis tempus. Alopecia, mutatio crinum est in candorem, cum crines ueteres radicis excidunt. Ophiasis, est mutatio coloris, similis supradictis, in multo dēsior, etiam cum tunc tortuosi fiunt, et caput diuiditur.

Capillaris, Trichomanes apud Dioscoridē libro. 4. capite. 139.

Capillus ueneris, Adianthon apud Dioscoridem lib. 4. cap. 137.

Capitis dolores ex spiritibus sunt. Hippoc. libro de flatibus.

Capis, idos, genus uasis. Inde Capidula. Capitatas uiueas. Quæ crescent in caput, & robur crassitudinis accipiunt in stirpe, dicuntur capitata. Quæ uero brachiorum &

Partibus for sapo. Gondorij caput. cap +
inquit sed et subi plos ruris piponis
& latia vallis vire, & infallit in aqua ad
spissi & soliti & gressuas for sapo. Vnde
no sanguine. & Cullery. Vide Sapo.

C A

- ramorum incrementis adolescunt, brachia
tæ nuncupantur. Colum. lib. 5. cap. 3.
Capitones. Lege. καρβαρίδεσ.
Capitulum Martis, Eryngion apud Dio-
scor. libro. 3. capite. 23.
Capnia uitis, quæ uiam nigrā ex candida,
et candidā ex nigra sine prodigio ullo fert.
Capnitis, herba Fumaria. Diosc. li. 4. ca. 111.
Capnogorgion, Fumus terræ herba, apud
Dioscor. libro. 4. capite. 111.
Capnos in hordeis, Fumus terræ herba, a-
pud Dioscor. lib. 4, cap. 111.
Capnos, Fumaria, uel Fumus terræ, apud
Dioscor. libro. 4. capite. 111.
Capnitis, præter herbam Fumariam, etiam
Cadmia species quædam.
Capparaulæ. Lege. Tellinæ.
Capparis, uel Cappar (nam utrumq; apud
Palladium legitur) uulgaris, quotidianiq;
usus in obsonijs; nascitur in Gallijs & Ita-
lia, in Germania non adeo. Pingitur pluri-
bus a Diosc. lib. 2. cap. 192. Plin. li. 3. ca. 23.
Cappacorania, Buhptalmus, Diosc. lib. 3.
Capreoli, uitium Clauiculæ. (ca. 17.
Capria, Capparis.
Caprea. Lege. Dorx.
κάπρος κώρη, ursi hepar.
Capra. Plinius libro. 8. capite. 50.
Capreæ. Vide. φύσιν,
Caprificatio, Erisasmus, Sycasmos, idem.
Caprificus, ἐρινος græce uocata, q; in Eri-
neo Thessalæ oppido primum apparue-
rit, ut Phocion placet, longe ualidior est
q; fucus, nullis fere uitij obnoxia.
Caprimulgæ appellantur grandiores meru-
læ aspectu, fures nocturni, interdiu enim
uisu carent. Intrant pastorum stabula, mul-
gentes capras. Plin. lib. 10. cap. 49.
Capnium, Aetius interpretatur Chelidoni-
am herbam, & quæ circa sepes nascatur;
cum uulgo, & testimonio etiam Dioscori-
de pro Fumaria, uel Fumo terre omnes in-
terpretentur. Vide Aetiū sermo. 10. ca. 2.
Caprinae baccæ, stercora caprarum, apud
Palladium.
Capros. Lege. φύσιν,
Capsella. Lege. Thlaspi.
Capulam, & Cabellum, utrumq; pro uase
accipe.
Capulæ. Vide. Capulatores.
Capulatores, qui capulis oleum deplent.
Sunt enim Capulæ ansata uasa.

C A

καπνφα, retorrida & friabilis.

C A R

- καράβοι, locustæ marinae, cancrorum genus.
Plinius libro. 9. capite. 31.
Coracinus piscis, apud Oppianum, ταξιδ
τὸ πορόν τὸ μέλαν, id est, ab uocabulo ni-
gredinem significante.
κεραῖτις. Lege. Ceraitis.
κεραυλίδιον, id est, radicula, siue radix, uel
raphanus.
Caron, Athenæus Pastinacā maiorem es-
se putauit, & multo prestantiore sapore q;̄
Pastinacam uulgarem, lib. 9. Diplos.
Carbo. Vide Celsum lib. 5. ca. 28. Serenus.
Horrendus magis est perimit qui corpora
carbo. Vrit hic inclusus, uitalia rumpita-
cerbus.
Carbones fissiles. Steinkolen.
Carbo. Lege. Exulcerationum quæ in oculi
lis nascuntur differ.
Carbonatilia sunt, quæcunq; terræ plus q;̄
fumi continent. 4. meteor. Aristot.
Carthamum, nostræ ætatis medici Græci
Cnicon appellant. Rura autē nostra Cro-
cum saracenum.
καρχόδοντεσ, dentes asperi, & interiores.
Carcinethron, Polygonum apud Dioscor.
libro. 4. capite. 5.
καρκίνωμα, est tumor malignus & pernicio-
sus, prædurus quidem, & exulceratus, aut
minime exulceratus. Id uitium maxime fit
in superioribus partibus, circa faciem, na-
res, aures, labia, mammae foeminarum. In
iecore uero, aut splene nascitur. Circa locū
aliqua quasi puncta sentiuntur. Celsus li. 5.
cap. 28. Est & oculi uitium eius nominis,
in cornea oculi tunica rubens, & pinguis,
incurabile frequenter.
καρκίνος. Cancer.
καρκίνος ωστάμος, Cancer fluialis.
Cardamine, uel Cardamina, sic quondam
dictum alterum Sisymbrium fuit, quod si-
mile in gustu & sapore nasturtio sit.
καρδανον. Lege. Cardamum.
Cardamine, quæ alio nomine Iberis uoca-
tur, odorem ac saporē cardami habet, hoc
est, nasturtij. Multa aut ubiq; nascitur, ma-
xime tamen circa uetera monumenta, mu-
rosq; & circa uias, in locis incultis. Folia
aut habet nasturtij, uere quidem uirentia,
& nasturtio multo maiora. Longitudo ue-
ro caulis cubiti parui est, aut paulo ampli-

C A

or. Aestate florem lacteum promit, & tunc efficacissima censemur. Semen fert q̄ minimum, atq; id ipsum pro totum caulem nascitur. Radix acerrimum habet odorē, & nasturtio similē. Aetius, sermo. 12. ca. 2. *καρδαμίον*, Sisymbrium.

Cardamomum Arabes Cordumeni uocat, de alia res sub Cardamomi nomine pertractantes. Quae nam uero res ea sit, Oedypo eget coniectore: quoniam nullū de ea scribentem gr̄ecum autorem affert Serapion. Ex quo fit, ut existimem, uel rem esse nouam, hoc est, quae post Gal. tempora in usum uenerit medicorū: uel errasse in ea nō solum interpretes, sed & ipsos autores. Ni si forte quispiā putet, cum Plinius quatuor cardamomi species enumeret, de duabus, capite de cordumeni, de reliquis, capi, de cardamomo ab Arabibus scribi. Auerrois tamen. 5. lib. sui Colligit, quoddam cardamomū inter medicinas post Gal. reperitas connumerauit, cum superius inter eas quae a Galeno pertractantur, de alio conscripsisset. Ego tria seminum genera uidi, quae pro cardamomo feruntur, inter quae nescio an unū sit quod uere Cardamomū dici possit. Hæc Manardus. Vide Theophr. lib. 7. Gale, lib. 7. Plin. lib. 12. ca. 13. *καρπόν*, caput.

Cardamō, alijs Cynocardamū, alijs Iberis, alijs Cardaminaca, Aegyptijs Semeth, Romanis Nasturtium dicitur. Nomen a narium tormento inuenit, uigoremq; uel prouerbio significat, iubente, Nasturtium edendum inertibus, quasi torporem excitet, animumq; obacuet. De Cardamo uide Dioscor. lib. 2. Plin. lib. 20. ca. 13. lib. 19. ca. 8.

Cardamomum, Geraniū genus alterum, apud Dioscor. lib. 3. cap. 130.

Cardamomum ubi crescat, uide apud Theophrastum lib. 9. capite. 7.

Cardamomum quoq; uocatur Lepidum: de quo uide Manard. lib. 9. epist. 3.

καρδιά, uel Cardiaca passio. *καρδιάτης*, sic dicta a corde; uel potius ab ore stomachi: non q; illam quidē passim sustineat cor, sed stomachus, & periculum sit, ne attingat cor. Nam Cardia, uentriculi pars est superior.

Cardiacus morbus, est innati spiritus consumptio & remissio. Fit aut, ore uentriculi

C A

male affecto, aut ipso stomacho cum sudoribus. Nonnulli aut potauerunt, corde inflamato hunc fieri affectum; hi Cardiacū affectum, uel syncopin, id quod contingebat, uocauerunt. Gale, de Definit. Cardialogia, cordis dolor.

καρδιώγυμός, dolor stomachi ex erosione, Cardiaca passio.

Cardos uocabant antiqui pecorini generis, quae post. CL. diem in lucem edebantur. Carduelis, aurum minima, imperata facit: nec uoce tantum, sed pedibus & ore pro manibus. Plin. lib. 10. cap. 42.

Cardus fullonum, Dipsacos, apud Diosco. Carduus, qui Scolymos, pingitur ab Dioscor. libro. 3. capite. 15.

Carduus marinus, Chamæleon albus, Dioscor. libro. 3. capite. 9.

Carduus pineus, Chamæleon albus Thea Gazæ; sed falso, ut probat in Corol. Bar.

Carduus ueneris, Dipsacos, Dioscor. lib. 3. c. 12.

Carduus niger, Chamæleon niger, apud Dioscor. libro. 3. capite. 10.

Carbas, uentus ad dextrum Solani. Vitruv. Carex, qua mollissime texuntur cathedrae, folio fere harundinis, uliginoso & palustri solo plurima. Seruius caricem describit acutam, & durissimā, sparto similem. Vergil. Tu post carecta latebas.

καρπιθερία, quae caput grauant.

καρπούς μυρισικόν. Lege. *μάκρη*.

Cariosa, putrida, exesa, situ, senioq; corrupta. Caries putrilago est ex uetustate. Cariosi dentes dicuntur putridi, foraminatiq;. Columella libro. 4. capite. 26.

Cariosus, a carie. Est enim Caries putrilago & uetustas.

Carna, dea erat in latina historia, quam uitalibus humanis praesse credebant. Ab ea petebatur, ut inquit Macrobius, ut iocinera, & corda, queq; sunt interanea omnia salua conseruaret. Huic templum dicauit Brutus, qui cordis beneficio publicum statum emendasset.

Carnosi generis plures sunt species. Prima quidem, quae proprie uocatur caro, quam scilicet nusquam inuenies in corpore per se, sed est perpetuo musculi pars. Ab hac cuiuscunq; uisceri propria substātia est. Eam Erasistratus Parenchyma uocat. Vide Gale, de temperament. lib. 2. folio. 18.

Carnivora animalia, que crudis carnib. ues-

C - A

cuntur. ut hyena, crocodylus, leo, lupus, pardalus.
 Carnopes, locustæ sic dictæ ab Oetenibus. Caro quidem ex sanguine est calida, & humida, molliciem corpori tribuens.
 Caro arborum quæ sit, require ex Theophrasto lib. 1. cap. 4.
 Carobachates. Lege, Achates.
 Caros, barbare Cardamomum.
 κάρης, a Caribus nomen inuenit, qui primū mercenarij fuere, & corruptionē, & mortis sortem arguit ubi incesserit hominem.
 κάρης, id est, sopor, qñ ita affectus est ēger, ut neq; sensus, neq; motionis munere fungatur, spirādi tñ facultas haudquāq; lāditur. Fit aut̄ Hippoc. teste, musculis corporū affectis, potissimū in morbis acutis. Galen. de locis affectis li. 4. c. 2. Significat aut̄ nō modo stupore, sed et quamlibet capitīs grauitatē. Sic em̄ a capite κάρης Græci non minauerūt, in qua parte sit. Nihil autē differt a Lethargo, nisi q̄ in Caro p̄cedit febris uehemētior; in Lethargo ignauior sequitur. Pr̄terea κάρης accidēs est plerūq; aliarū ēgritudinū, ut comitalis, fracte caluæ, uel febris. Lethargus uero propriam caussam habet. Columella, Festus, & Vergilius etiā Veterū uocauerūt, ut Verg. Nector pere graui passus sua regna ueterino. Colum. lib. 8. ca. 10. Hec oīa Gal. græce, λίθαργος καταφορά ἐστι Βαθεία σὺ δισταντες κλιτος, id est, Lethargus est in somnū de latio profunda, & incurabilis. Lege, Ver Carotæ. Lege, Tenontes. (ternosi). Carota, pastinaca sylvestris. Dio. li. 3. ca. 57. Caroticæ uenæ, quæ in collo sunt, ut inquit Gal. li. de Iuuamēto anhelitus: quas si quis cōprimat, corruit homo dormiēti similis, sequiturq; corporis totius immobilitas. Earūq; itē mentionē facit Arist. li. de Animalib. 3. & quia scinduntur primū, σφραγίς appellari scribit, id est, iugulares. Carpathon, Periclymenon. Dio. lib. 4. c. 16. Carpesia, herba uenenosa. Paul. li. 5. ca. 44. Carpheotum, Thus electum.
 κάρπη. Lege, Carpus.
 Carpus, alicubi Balsamī, alicubi etiam pro Fenugræcis semine usurpatur.
 Carpos, finis ossis parapechij. Plinius uocat Brachiale, ossibus cōpactum octo. Cui quod præiacet, Procarpion uocant.
 κάρπης ἀτογος, semē stupidū, & imbecille.

C - A

κάρπη χλωρός, semen uiride.
 κάρφος, stipulam, & eam quæ in frugib; aruerit herbam significat. Quidam pro fœnugræco accipiunt.
 κάρταγυμα, ossis fractura, uel disruptio mē. Cartamus, Cnicus. Dio. li. 4. c. 200. (bri. Cartilagines, sunt corpora terrestria sine sensu, ossium imago, ossibus quasi similia. Adiacent in ipsis articulis plerumq;. Carty, Tithymalus, apud Dio. lib. 4. c. 168.
 κάρηνα πόντικα, id est, nuces auellanæ.
 κάρηνα βασιλικὰ, id est, Regiæ nuces.
 καρύνων ἔλασιον, oleum nucum, uel e nuce juglande. Eandem uim habet, quam & Balaninum.
 καρυκία σὺ καρικευμα, cibis cum aromatis conditus, uel condimentum.
 Carum, siue Caros, siue Carium, uulgaris noticie, ut inquit Dioscor. lib. 3. cap. 63.
 Carion, Eryngion, apud Dio. lib. 3. cap. 23.
 Caryotidum, siue Caryotarum tria faciunt genera. Primas, quæ uocētur Nicolai, sicciores, amplitudinis uastæ, ut quæ cubitorum quaternum longitudinē compleant: ab Augusto ita primo nominatæ, in honorem Nicolai Peripathetici Philosophi, crebro eas ad se missitantis, ut inquit Athenæus. Alteras minus speciosas, sed sapore Caryotis proxime sorores. Postremas nimio liquore madidas, rumpente se pomo in parente ipsa.

C A S

Cæsale. Vocabulum id infrequēs apud scriptores, significatq; locum, ubi purgamus uentrem. M. Varro decenter nominauit sellam familiarem. Columel. lib. 2. cap. 15. Caseum Græci τυρόν uocant. Eius discrimina pulcherrime Antiphanes Poeta expressit, χλοερόν, hoc est, recentem, atq; molle, qualis in fiscella fertur. Ob id fiscellis uocatis, quia inde caseū illiguriunt. ξύρον, id est, aridum, atq; ut Iulius Pollux interpretatur, macilentum. κόπον, id est, prædūrum, & contusum. ξύσον, id est, tensilem, atq; rasilem. τυκτον, id est, scissilē. πυκτον, id est, coagulatum, colustratumq;. Nam eum qui aescere incipit, & lacte ficalneo coierit, Opian uocant.
 Caseum Phrygium, Aristoteles ex equino & asinino lacte confici solitum scribit.
 Caseus fumosus, fumo maceratus.
 Caseorum uaria genera, uide apud Pliniū e iijj

C A

lib. ii. cap. 42, Herm. Barb. in Coroll. li. 2.
& prox. supra,

Caseus Gallicus. Laus apud priscos erat
principia caseo Nemausensi (sic enim a ciuitate
Gallie nominatur) cuius meminit Plin.
lib. ii. qui scribit, Caseo Nemausensi fuisse
commendationem, sed musteo tantum, &
recenti. Vide Columel. lib. 12. cap. 56.

Caseus ex quibus fit, de quo eius natura, uide
Dioscor. lib. 2.

Casia, frutex qui iuxta Cinnami cāpos na-
scitur, sed in montibus crassiore sarmento,
tenui cute uerius quā cortice. Amplitudo
fruticis trium cubitorū. Plin. lib. 12. cap. 10.
Casiae plura sunt genera, ut inquit Dioscor.
iuxta odoriferam Arabiā gignitur, crassi
corticis, farmēticę, folijs piperis. Eligenda
est fulvescēs, pulchri coloris, Coralij emu-
la, longa, crassa, fistulosa, gustu mordens,
& aliquanto feroore adstringens. Aroma-
tica uinoso odore; cuiusmodi est, quae ab in-
colis Achy ἄχυ uocatur, ab Alexandriæ
mercatoribus Daphnitis δαφνῖτις. Huic
præfertur crassa purpurea, & nigricās Zi-
gir nomine, quae rosam odore imitatur, cu-
ius in medicina est usus. Secundum locū
tenet antedicta. Tertia, cui Musæletico bla-
sto nomen est; reliquæ uiles, & quae aphē-
num dicitur. nigra, insuavis, cortice tenui,
& quam Darcon & Citton uocant barba-
ro nomine. Plura & lōge preclarissima de
Casia Plinius lib. 12. ca. 19. & 20. Theophr.
lib. 9. cap. 4. 5. Barbari Corollarium quia
summatim complectitur omnia, adscripsi-
mus. Cassiam Theophrastus fruticem ma-
gnitudine salicis amerinæ prodidit, sed
multis, surculosisq; brachiatā ramis. Crassi-
ore q; Cinnamomū farmēto, præterea ner-
uosissimam, & solo cortice commendabi-
lem, qui ei cutis tenuitate obducitur. Neq;
aliter detrahitur, q; si presutas corio buba-
lo uirgulas bicubitas, enati uermes ero-
rent. Cortice tuto, intactoq; propter amari-
tudinem, odorisq; acrimoniam futuro. Hæc
iuxta Cinnamomi campos in Aethiopia
Troglodytis permixta connubio, sed in
montibus nascitur. Dissentit a Dioscoride
Plinius, Theophrastum (ut arbitror) securi-
tus, quod Dioscorides crassum eius corti-
cem esse scribat: illi cute uerius q; cortice
uestiri tradant, quæ conteri, atq; in Cinnam-
omo leuari, exinaniriq; precium sit. Am-

C A

plido fruticis cubitorum trium, ut idem
Plinius existimat. Color triplex, cū primū
emicat, candidus, pedali mensura. Deinde
rubescit addito sesquipedē. Ultra nigri-
cās; quæ pars, inquit, maxime laudatur, ac
deinde proxima, damnatur uero candida.
Elegendā recentē maxime, & quæ sit odo-
ris mollissimi, breui tunicarum fistula, &
non fragili, quæq; plurima minimum pon-
deris faciat. Ceterę notę congruit. Laetā
uocant talēm barbaro uocabulo. Alia est
Balsamodes ab odore dicta, sed amara, ide
oq; utilior Medicis. Hanc esse, quam Dio-
scorides Zegir, & Galenus Gizer, Aeti-
us Ozem uocarunt, haud multum absum
quā credam. Nominat & Mottoden Ga-
lenus speciem Cassiae uiribus proximā ap-
pellatę Gizer. Nigra unguentis expetebā-
tur. Precia nullis tam diuersa. Optimæ in
libras. 40. ceteris. 15. His addidere Mango-
nes, quam Daphnoïden uocat, Isocinamō
cognominatā, preciumq; eius faciunt. 300.
Adulteratur Styrace, & propter similitu-
dinem cortice Lauri surculis tenuissimis.
Forteq; Daphnoïdes eadē sit Cassia, quā
Daphnitin a mercatoribus uocari scribit
Dioscorides. Fabulę sunt, Cassiam, Cinna-
momumq; nīdis auiū decuti plumbatis sa-
gittis, aut circa paludes quasdā colligi, pro-
pugnante diro serpentū genere, ut Theo-
phrastus ait, uespertilionumq; ut alij. Sci-
endū, quod ubi nos in Dioscoride couerti-
mus quandā haberi Cassiā redolentē hir-
cinū uirus, Mauritanī odorē porrit translu-
lerunt, Præsizusan, nō Tragizusan legen-
tes. Vtra lectio sit uerior, experti iudicēt.
Non conuehitur modo Cassia præterq; ra-
rissima inter Xylocinnamomi fasciculos
quandoq; inuenta nigricie argumēto. Ca-
siam Latini correpta priore syllaba pro-
nunciāt, etiamq; apud Gr̄cos fere omnes
geminata consonāte scribitur. Vergilius:
Nec cassia liquidi corruptitur usus oliui.
Habetur & Cassia odoratæ genus herbæ,
ut in thymelæa, siue potius chamelea de-
monstrabimus. Aliud etiamnum genus
est, quam ætas nostra Cassiam appellat, &
cognomento fistulam, ab aromaticâ ligno
aue discriminatā, ueteribus ignotā perin-
de ut fere nobis modo lignea, alioquin in
nostro quōdam orbe seri cępta, extremitę
imperiij Romani margine, qua Renus al-

C A

luit. Vivere in aluearijs apum solita, etiā si color aberat ille torridus sole, atq; ob id idem ille odor. Cæterū scire oportet, si qñ Cassiam Syringa, hoc est, fistulam, in antiquis autoribus legere contigerit, non pro ea capiendam esse, quæ nunc Cassia fistula dicatur, colore rubro nigrans, laminis intus carnosis, quas parietinē discludunt, semi nibus siliquæ ceratiæ, ad deſciendā bilem uſtam mire ualens; sed pro lignea, ſiue aromaticā, cuius una quicq; species ab ipso Di oſcr. platea syrinx, i. lata fistula nuncupari cernitur. Cassius certe Felix, ſi modo liber eius est, qui circū fertur, appellatione fistula simpliciter, Cassiam odoratam, ſiue aromaticam intelligit. Inuenio tñ apud Græcos, autorē, qui Paulum & Oribasium ita loquentes induxerit. Cassia syrinx aduersus flauam bilem prodeſt, & item eos, qui præter naturam pallescunt. Item anginas, & laterum dolores, & peripleumonicos. Hæc Paulus. At Oribasius: Refrigerari ea, inquit, iocinoris calores intemperatos. Hanc recentiores Græci calidam, & humidam abſcessu primo perhibent. Idem fere Mauritani de Cassia qua bilis per aluum detrahitur, & propterea cathartice dīci potest. Nā aromaticā, ſiue lignea excalfacit, atq; ſiccat abſcessu fere tertio. Porro Cassia cathartice partim in India, partim in Aegypto nascitur, folio iuglādis. Alexan drieſibi uifam pōticus Facinus retulit, dū iſta proderē. Siliquas habet prēlongas, ac teretes, utrinq; fastigiatas, duo fere pedes proceras, carne intus nigra, gustu prēdulci, ſed plane medicato, ligneis distinguenterib; mēbranis, & ossibus ſiliquarū intercursantib; ut prēdixi. Eligūt ponderosam, collucentē, plenā, et quasi cōcussērī incluſa intus ligna nō ſentias. Negociatores in hortis Alexandrię naſcentē prēferūt. Iam & Asie cōmunis facta dicitur. Seritur & apud nos, uerū fruſtra: quia nec ad frugē peruenit, & celeriter opprimitur. Quid ſit myrrha Cassia Hippocrati, cuius ſemē laudat uolumine fœminarum morbis dicato, συνεγύς iquit κασσιας τὸν καρπόν, haud ſcio reddere, niſi quis pro ſimyrrī herba cæperit, cuius cibo menſtrua fœminarū iuuari conſtat. Strabo Cassiā odoratā e stagnis colligi, nō ſolū ex arboribus in Arabia feſtice, quosdam in India maiorē eius partē

C A

existimasse prodit. Hæc Hermolaus. Cassia fistula. Lege, Casia. Cassia lignea. Lege, Casia. Caunia fistula. Lege, Casia. Cassia cathartica. Lege Casia. Casia uera que sit, uide Theoph. l. 9. c. 3. 4. 7. Cassala, Hyſſopus, apud Discor. lib. 3. c. 28. Cassum uocat ab ſpacio, ut opinor, intus uante. Vide, Pectus. κασσια. Lege, Coritum. Cassij cuiusdā Medici, meminit Celsus lib. 4. cap. 14. qui inuētor extitit nobilis Pharamaci, quod κολικόν inscribitur. Cassiæ adulteriū, & quod hodie habeatur in uſu non recta, uide in Herba, nostri tomo 2. & apud Manardū, cuius uerba hēc ſunt. Ex quo dicto intelligere quoq; licet, quan tū uulgaris noſtra Casia diſtet a uera, nihil cū Cinnamomo habens cōmune: tetra cū ſit, inodora, et penitus aspernabilis, imo nihil habēs quare Casia putari debeat: ut Di oſcoridē, & Pliniū legenti, remq; ipsam in manu habēti, facile cōſtabit. Casia cū dico, Aromatitē intelligo, quā Officinē Ligneam uocat. Aliā eī, cuius nūc cōmuniſt, ad aliuū leniendam uſus, ſcio antiquis penitus incognitā. Inter illas, id est, Aromatiſtes, ea eſſet elīgēda, quē Gizi, nō Gizir, ut putauit Herm. barbarico noīe dicitur: quē adeo ſimilis eſt Ciñamomo, ut duplū eius pro Cinnamomo, Gale, teste, ponī poſſit, qui Quinto accedendū non putauit: dicēti non ſecus eos facere, qui carētes Cinnamomo, duplam Casiam accipiunt, his qui dice rent, dū caremus phalerno, uel uino cretico, duplū uilissimi uini bibendū: & eos qui ſimilagineū panē nō habent, debere duos furfuraceos eſitare. Non eī ait Gal. ſimile quid his faciūt, qui Casiam Cinnamomi loco accipiunt: ſed illis affiſſimantur potius, qui cū forti careant uiro ad pondus ferendū idoneo, duos ei ſubſtituunt debiliores. Hanc Gizi appellatam, theriacē impone re deberemus, & carentes Cinnamomo, pro ſimplo Cinnamomo duplā accipere. Fistularē aut ūocatā, oīm uilissimā, & propterea theriacē nō imponendā ſcripsit Galenus, eſſeq; paſſim cognitā, exteriorē qui dem corticē, quē Fistulam uocant, fortem habentem & odorē, & guſtū, interiora de bilissima, adeo ut nullius ſint utilitatis. Casta, Pœonia, apud Dioscn. lib. 3. cap. 159.

C A

Castanea, quam Dioscor. Sardianam glandem, a Sardibus appellat, a Castano Magnesiae oppido, uelut Stephanus docuit in Apulia, non procul a Tarento. Castanea quoq; Latini & Græci appellauerunt, & glandium generis asserunt. Eadem & Iouis glans, item λόπιμα, & Euboica nux, et Balanus Sardianus, nuxq; Castanaica. Ex ijs Græci Pagonias appellant, quæ barbulas quasdam habent: nisi quis lanas potius earum intelligat. Sunt enim aliquæ pilis hirsutæ. Cæterum de Castaneis multo plura Dio. lib. 1. Plin. lib. 17. cap. 20. li. 15. ca. 23. Castaneæ pagoniæ. Lege, Castanea.

Castaneæ Tarentine, faciles, nec operoso cibo, figura planæ.

Castaneæ Balanitides, rotundiores, purgabiles, maxime ac sponte prosilientes.

Castaneæ Salarianæ, puræ, ac planæ.

Castaneæ Corellianæ, laudatores.

Castaneæ Meteranæ, ex Corellianis factæ, rubenti cortice.

Castaneæ triangulæ, & populares, nigræ, quæ uocantur coctiæ, minima laude, patriæ commendatissimæ.

Castaneta caluescunt. Ex caluitio hominis cognosces, quomodo castaneæ, uineæq; caluescat. Nam sicut in capite hominis calui, uel nullus, uel rarus est capillus: ita Castaneta caluescere dicuntur, quando raræ sunt arbores Castanearum, & sine stirpibus, sine fructibus loca nudata conspicuntur. Hæc inter se opponuntur, caluata, & frequentia: ut pro raro & infrequentí caluum accipias. Vide Colum. lib. 4. cap. 33.

Castinus Medicus, citatur ab Aetio sermone. 12. cap. 44.

Castorides canes, id est, castore nati & uulpe: ex quo Homer. eos ἀλοπέκιδες uocat. Casus, est cauſa per accidens eorum, quæ raro contingunt, & aliorum gratia.

C A T

Catableptus, in Africa gignitur, tairo similiis, aspectu terribilis, supercilij altis, atq; extantibus, oculis in recessu sanguineis, aliquanto minoribus quam boui, in terrâ semper aspicientibus: unde nomen illi datur, luba equina, quæ ad certamen arrigit. Si quando frendet, ore aperto, aera super caput haurit. Aelianus.

Catapotia, adipsa, quæ sitim restinguunt, in ore uidelicet sub lingua detenta. Est eoru

C A

frequens usus apud ueteres Medicos. καθετηρισμός, urinæ prouocatio per καθετηρια, id est, fistulam urinalem. Modū eius docet Paulus lib. 6. cap. 59.

κατιάς, instrumentū, quo Paulus iubet demortuum fœtum extrahere: uel Hydrocephalum, ut idem appellat lib. 6. cap. 74.

κατοκοιλία, aliuis, inferior uenter, in quo excrementa diutius remorantur.

κατοχή, uigilans sopor, ut per soporem palpebræ clauduntur. At in Catalepsi manent apertæ.

Catochitem lapidem primum Corsica insula generauit. Solinus cap. 7. atq; inibi de eo lapide multa.

Catochos, detentio, siue captio insensibilis animæ cū punctione totius corporis. Species autem huius sunt tres. Una somnolosa, cui lethargus inest. Altera uigilans, huic adeſt tetanus. Tertia autem species, quam neq; perperam, neq; inusitate Catochon phreniticon aliquis dixerit. Fit autē ex mistiōe aggregationū catochi, et phrenitidis, quemadmodum tiphonia, que aut lethargus, aut suffocans, aut lethargicus affectus dicitur. Galen. de Definitionib. Græcorum Medici uetustiores uocauerūt ἀπὸ τοῦ κατέχεσθαι, quod est detineri, & occupari: & in eo malo cōstitutos, κατέχουσας nuncupauerunt: recentiores uero fœminino genere, sed non dissimili significatio κατοχήν οὐ κατέλαγχη, quasi detentio nem, & deprehensionem dicat aliquis, non inauerunt. Paulus lib. 3. cap. 10.

Castella quid sint in aqueductibus, ignorare potest nemo, qui Vitruvium, uel Frontinum legerit. Nec aliud sunt, quam fluentis aquæ per formas & fistulas suas diuerticula, quibus aquæ decurrentis impetus edomatur, qui alias nimius, & grauis esset fornicibus.

κάσος, id est, Crocus.

Castor, Lege, Fiber.

Castores multi, & copiosi reperiuntur in Ponto. Solinus cap. 23.

Castoreum uocant Medici testiculos Castoris, uel fibri.

κάσος οὐχεῖς, Castoris, uel fibri testiculi.

C A T A

Cataclysmus aquarū illisio superna: græce, κατακλυσμός, id est, uehemens illisio aquarum.

C A

Catagnogeticum, est signum ex quo cognoscitur effectus.

Catagnogeticum, est interiorū & exterorum significatio.

καταγνωστικά, ligamenta, & fasciae, quibus rupturæ ligantur.

καταλήψις uocatur, quando cum uigilante sopore, posteriora cerebri magis molestantur.

Catangelos, Rubus, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 147.

Catanchusa, idem quod Anchusa, apud Di- oscoridem lib. 4. cap. 26.

Catanance, Thessala herba, de qua Dio- scro. lib. 4. cap. 135.

καταγνα, fractura, uel ruptura mēbri, uel os fractum.

Cataplasma, doctius quam Emplastrum.

Cataplasma Diatrispermon, quod ex trib. seminibus constat, cymino, baccis lauri, & semine apij. Vsus eius i colica, apud Paul. καταπατμος, parua atq; simplex defricatio mulcendi cum quadam lenitate, ut inquit Cælius Aurelianus.

καταπέλτης, Catapulta.

Catapiromacia, per specula diuinatio: quod genus ludibrj hodie quoq; obseruant.

Cataplasmata, constant ex floribus fere, eorumq; surculis, & axungia.

καταπλασμάτα, Cataplasmata.

Catapotiam, pilulam hodie uulgas Medi- corum uocat.

καταπούτιον, græcis dicitur, quod digitis, ori, & fauicibus admotum, integrū, & qualiter a Medico præparatum est, glutitur, & deuoratur.

Catapsyxis, Cicuta, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 82.

κατάφορα, delatio in somnum profunda & inexcitabilis, in qua qui constituti sunt, omnium quæ dicuntur obliuiscuntur. Locus maliciosior est. Circa membranas tantum cerebri fit. Caussa uero, pituita, frigidum humorem, frigore, humiditateq; sua in somnum cogens, quo continue connuent, nec nisi ægre excitantur. Obliuiscuntur omnium quasi amentes. Oscitant cerebro, & oscitantes aperto ore aliquādo sunt, quasi claudere id obliti. Gale. libro de Co- mate. In duas species partitur. Vtriusq; proprium, ut oculos surrigere nequeant, sed grauentur, mox & collabantur in so-

C A

mnum. Verum altera species profundum habet soporem, ac diuturnum, uerumq; di- citur Coma.

Cataphoricus somnus. i. θαθός profundus. Cataphysis, Psyllium, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 73.

Catharsis. Lege Struthium.

Cataracta, fluuiatilis auis, apud Aelianum.

κατάγνησις, extrinsecus, & sine febre frigo- ris omnis noxa.

Cataracta, oculorum uitium, humorū effu- sio lensorum, inter corneam & chrystallī- dem congelatorum.

Catarrus, humorum multorum ex palati concauo defluxus, frequēs per nares, uel- ut excrementum humorum, spiritusq; ex- cretus uocem reddat.

καταβερισμός, urinæ per fistulam urinariā, aut instrumentum detractio.

κατασαλτικά, fistitiua.

κατασαγμός, id est, grauedo, malum quod nares claudit, uocem obtundit, tussim sic- cam mouet: sub eadem falsa est saliuia, son- ant aures, uenae mouentur in capite, tur- bida urina est. Celsus lib. 4. cap. 2.

C A T E

Cateron, græce κατέρων, id est, purgans. Atq; sic appellata est Illyrica Iris fortasse, quia ea olim usi in purgationibus uete- res sunt.

κατοκίδιος ὄνος οὐ πολύποδες, animalia quæ tactu conduplicant se in orbem, pilu- le rotundissime similia. Teut. uuand esel.

καθεκτική, uis retentiva.

Catechoimenion, Cicuta, apud Dioscoridē lib. 4. cap. 82.

Catellæ, diminutiuum a Catena.

Catholicān, ab uniuersalitate sic dictum: quia indifferēter omnes humores euacu- at. Habetur in officiniis sub nomine Diaca- tholiconis. Vide Nicolaum.

κατηνμα. Lege, Corium.

C A T V

Catulum saificaueris. Tradit Plinius Ca- tulos lactentes adeo puros habitos esse apud priscos, ut placandis numinibus ho- stiarum uice Catulis uerentur. Genito mane catulo, res diuina fit. In Canario sa- crificio rutilæ canes imolabantur, pro fru- gibus: ut ita deprecarētur, propulsarentq; se uitiam syderis Caniculæ. Columella li- bro secundo, cap. 22.

C A

Catulorum caudæ. Plinius mentionem faciens huiusc rei & loci, sic refert. Colum. auctor est, si quadragesimo die quando sit natus, castretur morsu cauda, summusq; eius articulus auferatur, sequenti neruo exempto, nec caudam crescere, nec canes rabidos fieri. Columella lib. 7, cap. 12.

C A T Y

κατυμάτωμ παλαιοί δέρματα, ueteres soleæ, uel coria duriora, quæ calceis munendis subduntur.

C A V

Caucalis, est pes gallinaceus. **Lege**, Pes galinaceus.

Caucalis. Vide, Cacalia.

Caucos, idem quod Caucalis.

Cauda equina. Lege apud Dioscor. lib. 4. in dictione Hippuris.

Caudex, prima pars roboris, cui radices adhærent. Teutonice, Der understam.

Caulis uocatur in plantis, in quod alimento defertur, id uidelicet, quod supraterram simplex assurgit; quod in arborum generere caudicem uocare solemus. Theophr. **Caulis** Iouis, Aizoum, apud Dioscoridem lib. 4, cap. 91.

καυλός. Vide Pecus.

καύμα, alias Sirialis, infantium nunc distillatio, nunc adustio. Nomen id habet uel a Sirio astro feruentissimo: uel a Síris, ut Aetius refert, hoc est, caueris: quoniā inflammatio sit circa cerebrum, et tunicas eius. Consequitur uero cauitas oculorum, cum pallore, & corporis siccitate. Euenit inter dum etiam non pueris.

Causa coniuncta, Lege, Causarum alia pro catartica.

Causarum alia est procatartica, id est, euidentis: alia synectica, id est, coniuncta, siue continens: alia præcedens, siue interna. Procatartica est, quæ dum aduersam ualeitudinem creauit, separatur: ut canis mordens, scorpio pungens. Causa coniuncta est, quæ cum præsens est, eius quoq; effectus adest: cū uero desinit, etiā effectus euanescit: ut lapis in uesica, unguis in oculo. Præcedens causa est, quæ a procatartica præparatur, & adiuuatur. Vel est, qua aucta augetur, & qua sublata aufertur effectus. Perfecta, quæ eundem in seipsa finem facit.

Causæ abditæ in medicina uocantur, in qui-

C A

bus requiritur, ex quibus principijs corpora nostra sint, quid secundam, quid diuersam ualeitudinem faciat. Celsus lib. 1.

Causæ evidentes in medicina uocantur, in quibus quæritur initium morbi, calor attulerit, an frigus, famæ, an satietas, & quæ similia sunt.

Causas omnium morborū, lege apud Hippocratem libro de Flatibus.

Causæ morborū sunt, spiritus, & aer. eodē. **Causa** est, ad quā aliquid sequitur. Ad eam uero aliquid sequi, est ex ea, per ea, ab ea, aut eius gratia aliquid fieri.

Causa in actu, quæ simul cū effectu existit.

Causa in potentia, quæ non simul cum potentia existit.

Causa efficiens uocatur, a qua aliquid fit.

Causa finalis est, gratia cuius aliquid fit.

Causa formalis est, per quā res habet esse.

Nam dat esse rei, & eam conseruat in esse.

Ipsa namq; præsente res est, & ipsa fugiente perit.

Causa per se uocatur, cum aliquid super natura sit, causalitatis nomine pariter est expressa.

Causa per accidens, quæ ad effectum eum nō ordinatur, aut causalitatis nomine minime est expressa.

Causa materialis, ex qua cū aliquo aliquid fit, uel ex qua cum forma sit compositum, uel in qua aliquid fit ut in subiecto.

Causa propinqua est, quæ particulari nomine designatur; aut inter quam et effectū haud multe interiacent causæ.

Causa remota, quæ nomine communis designatur; aut inter quam & effectum multe interiacent causæ.

Causus, a quibusdā Dipsas, sic uocatus est, ut inquit Aetius serm. 13, cap. 12.

καύσθ, febris, quæ cum multo ardore, nullam corpori remissionem adfert, linguam siccat, nigro colore reddit, ingentemq; frigidī appetitum facit.

καύσον ποικιλή, siticulosæ, & stuolæ.

Cauteres, eadem quæ & Cauteria.

C E C

Cecias, uentus. Vide, Thrasteas.

κεκαυμένα, combusture, uel ambusta.

Cecilia, nomen est serpentis. Quidam apud Plinium mendose legunt, cecos serpentes, cum legendum sit, Ceciliæ. Columella libro sexto, cap. 16.

C E

κερίσ, id est, Galla.

κεραυνίτις ἐπία, lanæ uistæ.

C E D R

Cedrelate, id est, Cedrus magna.

Cedræleon, id est, oleum ex Cedro.

κερίδη, pix Cedrina. Optima est, ut inquit Dioscor. quæ crassa, perlucida, ualidi odoris, quæ dum effunditur guttatum, modo destipata coit. Vide Dioscor. lib. 1. Significat & Cedri resinam, a Cedro magna.
κερίδης, Cedri fructus. Excalfactoriam uim habēs. Lege Dios. li. 1. dicti. Cedrus. Cedrium, succus Cedri e tæda eius concisa furnis, qui primus aquæ modo fluit in canali. Nam sequens liquor, pix iam, nō Cedrium est. Sed confundunt autores, nunc pro resina, nunc pro sudore tædarum, nūc propice, Cedrium & Cedriam uocantes, Cedrio inuncti libri, a tineis & carie uindicantur. Damnat eius usum Plinius: propter anticipem eius proprietatem, uiuentia perimendi, & perempta custodiendi. Cedrio nanc̄ tanta uis est, ut in Aegypto corpora defunctorum eo perfusa seruentur. Plin. lib. 16. cap. 12.

Cedrinus liquor, qui ex destillante arbore quasi resina destillat. In qua appellatione uariant magnopere ueteres. Nunc oleum liquorem hunc, nunc Cedriam, nunc Cedræam, nunc genere mutuo Cedrium appellantes, liquoremq; siue resinam hanc, & ex ea factum oleum, cōmuni appellatio ne miscentes. Sunt tamē qui Cedriam fœminino genere, & Cedrium neutro, sic discernunt; ut illam crudam ex arbore lectā intelligent; hoc uero ex cedri materia concisa, & in furnis accensa, picis modo defluens, & excæptum.

κερίδαι, fructus Cedri.

Cedrinus liquor. Liquor picis qui aquæ modo fluit ex tæda dum coquitur, Cadrium uocatur: cui tanta uis est, ut in Aegypto corpora hominum defunctorū eo perfusa seruentur. Est etiam oleum cedri, quo per uncta materies nec tineam, nec cariem sentit. Hinc illud Epigrāmatorij. Cedro nūc licet ambules perunctus. Cedriam quoq; accæpimus appellari humorem manantē ex ambusta picea. Colu. lib. 7. cap. 12. Cedromælon. Lege, Malus medica. Cedrosus, uitis alba, apud Dioscoridem libro. 4. capite. 194.

C E

Cedrus, arbor magna, similis Juniperō, nisi q; folium Juniperō acutū, spinosum & dūrum, Cedro simplicius & mollius. De Cedro plura Dioscor. lib. 1. Plin. lib. 13. ca. 15. Theop. lib. 4. ca. 6. Lege, Malus medica.

C A E

Cæpus, facie satyro similis, cætera inter canem & ursum: nascitur in Aethiopia. Author Strabo. libro. 17.

Cæta, Calamintha, secūdum Strabonem: qui nonnullos existimare uult, Lacedæmonem ab Homero non Cætoessam a magnitude, sed a Calaminthę copia uocari.

C E L

Cele, tumor comprehendens aliquem in scroto tumorem. Omnis equidem tumor in scroto, Cele appellatur.

Celeres equi qui fuerint, lege in dictione Desultorij.

Cælius Aurelianus Siccensis, medicus, scripsit libros Responsionum.

Item de morbis Mulierum.

Libros aliquot Epistolarum græcarum ad Prætextatum.

Libros Adiutoriorum.

Libros Pharmacorum.

Libros celerum & tardarum passionum.

Celoma, ulcus in oculi cornea tunica, latius q; bothrium, sed profundum minus. Auicen. Lilimie uocauit.

Cellarij dicūtur, qui ex cella promptuaria, siue ex cellario promunt necessaria familiæ: uocabulo Plautino promus & candus nominantur. Colum. lib. 11. cap. 1.

Celticum nardum, uel gallicum, Officinae uocant Spicam Celticam.

Celtici canes, ex Gallia, Britanniæ uenientes, odoratu & cursu præstantes.

Celtis, arbor, que & Fabagræca, uel Syria-ca: quæ autore Theophrasto, fructum fert magnitudine fabæ.

Celtis. Lege. Lotos.

C E M

κεμάσ. Lege. Cemas.

Cemas, græce *κεμάσ*, Hinnulus, cerua, siue quod idem *νερόσ*. Quamquā *κεμάσ* non lunt progredi in pascua. Damam græce *ωρόκερ*, Aristoteles, & idonei fere omnes a ceruo nō destinguunt. Alij primogenitos tñ ceruos procas uocant. Ab hoc animali procōnesos quoq; appellata est. Nam Ophion, quod Sardania quōdam ferebat,

C E

interisse creditur, ceruus non erat, sed animal pilo ac denti simile, ceruo minus. Bar. Cementum, unde Cementarij parietes, Vitruius et Plinio lapidis genus est uulgarij, quo cum alibi, tum Romae utuntur, exciso monte aliquo, uel effosso. Fodinas quoq; ipsas rustici Cementarias uocant.

κηντρίνη, conchulæ quædam marinæ, quæ uocantur hiantes.

Cemos, Leucopodium apud Dios. li. 4. c. 132
Cemos, Hedera, apud Dioscoridem lib. 2.
capite. 199.

Cemphos, Lege, φίνιος.

C E N

κεγχραιδεσ, minuta grana in ficis.

Cenchrus, auis. Plinius libro. 10. cap. 51.

Cenchrites, Lege, Acontia.

κεγχροσ, milium.

Centaureum maius, Euricius Cordus doctus homo, in libello suo de Theriaca, estimat esse eam quam hodie impostores illi agyrtae pro Rhapontico diuendunt. Quod si ita habeat, nō admodum difficilis esset paratu, non minoris precij q̄ etiam uerum Rhaponticum. Laus eius est apud Plinium lib. 25. Vide nostrū Herbarium.

κεντρηψ, uentris pars quæ est inter latera.

Centaurea, & Melampodium, idem.

Centaureum magnum, Narce, Dioscor. libro. 3. capite. 7.

Centaureum minus, satis uulgata herba, de scribitur, ab Dioscor. lib. 3. cap. 8.

Centipes marina, Scolopendra ipsa.

Centipedes, Lege, σκολόπενδρα.

Centipeda, Lege, Onos.

Centrinæ, culices in ficub. fucis apum ignavia, maliciaq; similes.

Centonalis, Ruta sylvestris apud Dioscor. libro. 3. capite. 51.

Centones, ex pannis, uel lanis diuersorū colorum in unum condensatis, uel consitis fiebant.

Centonica, Vurmkrout.

Centonicum, id est, Absinthium marinum, apud Dioscor. lib. 3. cap. 26.

Centumcapita, Eryngion Hispanice, apud Dioscor. lib. 3. cap. 23.

Centunculus, Gnaphalium apud Dioscor. libro. 3. cap. 131. Prolixæ admodum de ea Leonicenus, libro de Errorib. medicorū: & nos in Herbarij nostri Tomo secundo differuimus.

C E

C E P

Cepa muris, Scylla, uel Squilla.

Cepa, Lege, Crommion.

Cepæ Creticæ, dubitatur an eadē sint quæ Ascaloniæ: quia satis capitari soleant, sed distant sapore tantum dulci.

Cepa Pompeia, & Cepa Morsia simplex, quā uocant Vnionē rustici, ea est quæ nō fructificauit, nec habuit soboles adherentes. Cepæ sylvestres nullæ reperiuntur. Vnde errant, qui apud Aristoph. Thymum, pro cepa sylvestri interpretantur.

Cepa mentem lædi, scripsit Hippoc. & conspectu potius, q̄ esu commendauit.

Ceparum diuersa genera alia, uide apud Plin. lib. 20. Theophr. lib. 8.

Cepæ Sardiæ, albæ.

Cepæ Gnidiae.

Cepæ Samathraciae, albissimæ.

Cepæ Getaniæ, omnium minimæ, sed prædulces.

Cepæ Fissiles: quæ sic appellantur, quia hyeme cum sua coma inertes relinquunt, & folia uere detrahunt, ijs deniq; diuisuris alia parte inferiore subnascuntur.

Cepæ Ascaloniæ, uelut steriles sunt ab radice, nec parte alia crassescunt.

Cepæa, Portulace similis herba, apud Dioscor. libro. 3. capite. 169.

Cepina, id est, Cepa, satiog; ceparū: eo inclinamento Cepina dicta, quo Rapina profatione raparum. Colum. lib. 11. cap. 3.

Cepos, Cotyledon apud Dios. lib. 4. ca. 93.

Cepphos, Lege, φίνιος.

Cepulæ, idem quod Cepæ.

C E PH

κεφαλὴ, caput.

κεφαλοκρουσὴν appellatum, quod uidelicet capiti molestius, ut opinor, instrepatur.

κεφαλαλγία, *κεφαλῆτων σύνεστις*. i. capiti dolor, qui aliquando in nobis, ex solo malo temperamento corporis, aliquando ex nimia humorum copia, aliquando ex primitua & foris accidente: ut sole, frigore, ebrietate, iactu.

Cephalæa, dolor aapitis, qui multū temporis durat, non recens, sed diuturnus, non plus, non minus. Morbus inquā capitis dolorē intolerabilem per circumitum redeuntem gignēs: ita, ut qui sic affecti sunt, tinnire aures sibi putent. Oculi eorum rubescunt, eminentioresq; apparent, exten-

C E

Dunturq; cum ijsdem que in frōte sunt ue-
nis, ac facies tota rubet: græce κεφαλαια.

Cephalicum medicamentum, quod carnē
producit.

κεφαληωνεια, capitis dolor cōmoto cere-
bro: atq; alio noīe dictus ab Galeno κρότα
φος, quod significat tempus, capitis partē.
Cephaline, lingue portio qua gustus poten-
tia inest.

Cephalos, Daphnoides apud Dioscor. li-
bro. 4. capite. 149.

Cephalotos, Thymus, apud Dioscoridem
libro. 3. capite. 42.

Cephalotus, Porrum capitatum, sic dictum, q
maiores uim habet. Est & quod sectiuum
Porrum uocant.

Cepheus. Inter sydera Cepheus, quem Ae-
thiopum regem fuisse tradūt, Androme-
dæ patrem: quæ Ceto proposita, a Perseo
liberata est: qui omnes inter sydera rece-
pti esse memorantur. Cepheus, ut ait M.
Cicero, sequitur manib. passis terga septen-
trionis. lib. 11. cap. 2. Colum.

Cephus, posterioribus pedibus humanis,
prioribus uero maioribus humanis. Plin.
libro. 8. capite. 19.

Cephalicum emplastrum, sic dictum, q
capiti fracto conuenit. Celsus. lib. 5. cap. 19,

C E R

Cera, radicis nomen, de qua in rebus gestis
a Cæsare mentionem facit Horatius. Hec
lacti admixta leuasse dicitur in opiam, simi-
litudine representata panis: meminit &
Plutarchus, sed nomen herbæ nō prodit.

Cera græce κέρας, fit expressis fauis, sed ante-
te purificatis aqua, et triduo in tenebris sic-
catis, quarto die liquatis igni nouo fistili,
aqua fauos regente, cū sporta colatis. Rur-
sus in eadem olla coquitur cera cum eadē
aqua, excipiturq; alia frigida, uasis melle
circumlitis. Optima quæ Punica uocatur.

Ceram candidā facere, nihil aliud est, q
face Punica ut sit. Hæc medicinis utilissima.

Cera addito chartarum cinere, nigrescit.

Cera commixta cum anchusa, rubet, & idonea
redditur ad reddendas ueteres simili-
tudines.

Cera alba, recens inuentum, nec ultra quin
quaginta annos durauit, ut adserunt Me-
dici. Olim magno in precio fuit: nunc in fa-
nis & delubris Deorum passim aduritur.

Cerago liquor, uel succus qui in fauorum re-

C E

peritur cōcauitatib. amari saporis, sed ple-
nus humoris cibus. Eriti licet uocat græci.
Ceraitis, uel Ceratitis, fenugræcum: sic di-
ctum ab eodem etymo quo Buceros &
Aegoceros.

Cerasa Apricana, quæ maxime rubent.

Cerasa Actia, nigerrima.

Cerasa Ceciliana, rotunda.

Cerasa Iuniana, sapore tantum grata, sub ar-
bore adeo tenuia, ut gustu marcescant.

Cerasa Puracina, Campanica.

Cerasa Plinaina, Campanica.

Cerasa Laurea, id est, Lauro primū insita,
non ingratæ amaritudinis.

Cerasa Amarasia, id est, amara.

Cerasium, inquit Seruius, anteq; e Ceraso
urbe Lucullus adueheret, erat in Italia,
sed durum, & Cornu appellabatur: quod
postea mixto nomine Cor nucerasum est
appellatum. Sunt aut̄ Cornucerasia idem
cum Duracinis genus. An uero Seruio
crendum, qui Cornum in Italia Cerasiū
fuisse prodat, cum alia res sit Cornus, alia
Cerasus, omnino satis ambigimus.

Cerasa Visula, Germanica, & Gallica.

Cerasa Macedonica, parvæ arboris, raroq;
tria cubita excedentis, κυκλικέσσι: uoca-
tæ. Pomum hoc, ut inquit Barbarus, pri-
mam colono fere gratiam uertenis anni
refert, primo candidum, mox rubescit, de-
inde nigret, septentrione frigidisq; gau-
dens. Siccatur sole, conditurq; ut oliua ca-
dis. Suspicio esse que nos hodie uulgo A-
marellas uocamus.

Cerasum, una cum fructibus, & multis suis
generibus prosequitur late Plin. lib. 13. ca-
pite. 25. lib. 23. cap. 7. lib. 16. cap. 18. The-
ophrast. lib. 3. cap. 23. Dioscor. lib. 1. Pau-
lus Aegineta lib. 6. Serapion cap. 145. Ga-
lenus. 7. simplicium cap. 18. & Alimento-
rum lib. 2. cap. 11.

Cerascomion, Oenanthe, apud Dioscoridē
libro. 3. capite. 134.

Cerassta, arbor que fit require ex Theophr.
libro. 4. capite. 16.

Cerastis, serpens corpore eminens, ceruicu-
la sape quadrigemina, quorum motu reli-
quo corpore occultato, sollicitat ad se aues.
Plin. libro. 8. capite. 23.

Cerasconia, pastinaca sylvestris, Dios. lib. 3.
κερατία. Lege. Siliquam. (cap. 57.)

Ceratonia arbor, Lege. Siliqua.

C E

- Ceratis, corniculatum Papauer apud Di-
scor. libro. 4. capite. 69.
 κερατονθήσ, superior oculi tunica, ea qua
parte alba est, satis crassa, pupillæ loco ex-
tenuatur.
 Ceratum, & Cerotū, utrumq; recte dicitur.
 Ceratura, quære, Gummitio.
 Ceraunia, Aizoum minus apud Dioscor.
 libro. 4. capite. 92.
 Cerceraphron, Anagallis, ab Dacis sicuo-
 cata.
 Cercopithæi, maximi magnitudine sunt,
 cauda quinum cubitorū, unde nomen tra-
 xerunt: barba propensa, coma humana,
 alba facie, reliquo corpore nigrantes. Re-
 quire Strabonem lib. 16.
 Cercopithecius, nigro capite, pilo asinino a-
 nimal. Plin. libro. 8. cap. 21.
 κερκωσισ, id est, caudatio, caruncula quædā
 est, ab orificio uulua exorta, totumq; geni-
 tale muliebre replet: adeoq; interdum tre-
 scit, ut ad instar caudæ ad exteriorem par-
 tem promineat. Quomodo incidi debeat,
 uide apud Paulum lib. 6. cap. 70.
 Cerdon, Lege, Struthium.
 Cerea Aegyptia, Asarum. Lege, Asarum.
 Cereas, antennas nuncupat, supremas ute-
 ri quasdam portiunculas obliquatas: item
 Plectanas, id est, retia. Vtrinq; uero habet
 tur ἄμοι, siue humeri: postea est collū, uel
 tracholus, cuius os uocatur, porus primus.
 Celsus canalem interpretatur.
 Cerebellum, Cerebri portio posterior, Ari-
 stot. lib. 1. de natura animalium, cap. 16.
 Cerebrum, album & molle, tanquam ex spuma
 quadam concretū, humidum & frigidū.
 Cerefolium duplex, Lege dictionem, Mir-
 tis. lib. 4. Dioscor. Coroll. Barb. ibidem.
 Cereus color, a Cera.
 Ceria cuspia, Semperuiuum apud Dirosco-
 ridem libro. 4. capite. 91.
 Cerina Pruna, Lege, Prunæ genera.
 Cerinthus, apum cibus repositus. Plinius
 libro. 11. capite. 7.
 Cerion, anchoris simile ulcus, maiorib. for-
 minibus, in quibus sanies melli similis con-
 tinetur, uel ad instar faui apum. Vel,
 κηρίον, id est, fauis, hulcus continuis perfo-
 rationibus terebratum, ex quibus mellis
 crassitudine humor excernitur.
 κηρόνος, ceræ similis, cerei coloris.
 κηροειδ' σ, humor mellis.

C E

- Cerotum Thaidis, extat apud Paulū lib. 3.
 ad rubicundum uultum faciendum.
 Ceroma, & Cerotum a cera. Nam & græ-
 cis quoque κηρώμα κάτι κηρώτη dicuntur.
 Sed Ceroma etiā ωτός appellatur, estq;
 oleū id, quo luctaturi se pi ofundūt. Quan-
 q; ωτός propriæ coenam est atq; lutum
 ceromati permixtum: cui si sudor acce-
 rit, Conisalos appellatur attice. ut Gal. ait.
 A cera et Ceramentū quis deductū putet.
 Ceromata, sicciora unguenta.
 Cerota. Lege, Tenontes.
 Cerotariū, idem quod Cerotū, uel Ceratū.
 Cerotum, siue Ceratum, est aggregatū ex
 liquoribus & pulueribus grossis, tum resi-
 na, aut cera ad formam solidam & densam
 redacta.
 Cerri, piscium generis, de quib. Dios. lib. 2.
 Cerrini, Smaragdini generis, Plinius li. 37.
 capite. 5.
 Cerris. Inter arbores glandiferas est Cer-
 rus ex glande Cerrea, ut Nigidius tradit.
 Porcina caro fit solidior. Autumat Plin.
 Cerrum ne Italizæ quidem maiori ex parte
 notam esse, Colum. lib. 7. cap. 9.
 Cerrus. Lege, Quercus.
 Ceruleum, Lasur.
 Ceruleus Color dictus quasi Cæleus, ut ex
 uoce ipsa apparet, propriæ color est cœli,
 sed sereni: id quod Ennius respiciens, Cœ-
 li, inquit, cerula tēpla. Atq; inde ab omni-
 bus mare appellatur Ceruleum. refert ēm
 illud eundem quem ab ipso superne acci-
 pit cœli nitorem. Quare ex antiquis non
 nulli, ut alteras Homeris opes, propter ce-
 des, de quibus illic poeta loquitur, colore
 exornabant sanguineo: sic Odysseam ubi
 Vlyssis idē maritimos scribit errores, mē-
 brana contegebant cœrulea. Sed quoniam
 Cœrulei quædam species est pene nigra,
 ut quod Indicum dicitur, eoq; olim uestitu
 Græcæ mulieres amictæ producebant eo-
 rum funera, quorum in cœlum animas mi-
 grasse cœruleum existimabant, idcirco pro-
 tristī nonnunq; capitū, ut apud Vergiliū
 puppis cœrulea Charontis, imberq; & sol
 cœruleus. Cucumis autem cœruleus, nam
 id quoq; legitur, Melopeponem signifi-
 cat, qui inter Cucumeres (multa ēm sunt
 eorum genera) pulcherrimus est. Nectan-
 tum Cœrulei uidetur particeps, sed ipsius
 quoq; mundi gradus introrsum uersus, at-

C E

tenuatos ostendit: ut hoc olim de eo lusimus. Quis neget e cœlo missum: formâq; colorēq; Atq; gradus cœli, Nectaris atq; refert. Est enim sapore suauissimo. Sine ul la dubitatione, quod nos Cæruleum, Græci dicunt Cyaneum: in quorum etiam cōmentarijs Lazurion inuenio. Ascribitur huic generi qui Venetus olim, nūc uulgo Blauus nuncupatur, color ex factione Cir censi ualde nobilitatus. Fuerunt autem co lores in Circo, præter hunc Venetum, Ro seus, Albus, et Prassinus: quibus Auratus postea, Purpureus, & Luteus additi sunt. Autor. Thyl. de coloribus.

κύανυς. Lege. Buccina.

Cerui ocellus, Elaphoboscus, apud Diosco ridem libro. 3. cap. 78.

Ceruicula. Lege. Ionia.

Ceruorū naturas, uide apud Plin. lib. 8. c. 30.

Ceruum græci ἐλαφοῦ, & Poetæ ἐρήστον, alijs caput ipsum sic dici malunt ἐρήστον.

Ceruix, uuluę ualua, cannalis & principiū. Cæruleum, siue lapis Cæruleus, hoc est, Cyanus, a Theophrasto, Galenoq; Cyanos masculino & fœminino genere pronun ciatur, in argenti & auri metallis sit, uide Dioscor. libro. 5. capite. 97.

Cerussa, hoc est, Psymithion, color est candi dus. Vsum eius, & conficiendi rationem, uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 94. Plin. li. 34. cap. 18. Vitru. lib. 7. cōmentariorum. Cæruleus lapis, uide in dictione Cæruleum.

C E S

Cæsius color si dictus est, ut doctissimi uiri monumentis olim tradiderunt, quasi Cælius a Cœlo, eadem foret in Cœlio & Cæsio diphthongus. Constat aut̄ esse in ijs uocib; diuersam, nihil præterea differre a Cæruleo: quando id, ut ostendimus a cœlo deductum est: differt aut̄ sine dubio, uel ex ipsius M. Tullij autoritate, cuius hæc sunt uerba in primo de Natura Deorum libro. Cæsios oculos Mineruæ, cæruleos esse Neptuni. Ad hæc, non quemadmodū legimus cœlum, mare, uestem, florem, cæruleum, ita legimus cœlum, mare, uestem, florem cæsium: sed oculos tantum cæsios, ueteres dixerunt, quibus inest fulgor quidam uisu horrendus. Vnde existimo, sicut Cæsar & Cæso dicuntur a cœdendo, ita Cæsium a cæde nominatum esse: ut qui cæsius sit, cædem quodammado oculis minari ui-

C E

deatur: qualis prælio gaudens, & cæde di citur fuisse Minerua, ex quo illa ab antiquis uocata fuit, ut ego arbitror, Cæsia. Si gnificat hoc M. Cicero, ubi de Catilina ait. Notat & designat oculis ad cædem unumquemq; nostrū. Hic, qui oculis ad cædem senatores designabat, cæsius erat. Cu ius etiam oculos Salustius insignis histori cus, fuisse tradidit fœdos, id est, cæsios. Cu iusmodi memoriae proditum est Neronis quoq; oculos fuisse: quod ipsum non leue fuit argumentum tyrannicæ crudelitatis. Quin a Terentio Cæsij homini facies, di citur cadauerosa, hoc est, immanis, & saeuitiam arguens: qualem Sicarij præ se ferūt, & carnifex: quamuis alij parum erudite cadauerosam, pro subliuida exposuerint. Enimuero Leonis oculos si quis inspexit, qualis sit hic color, intelligit. Micant il li, ut studiose ipsi prope conſyderauimus, uelut ignis penitus flagrans. Dicitur col or hic Græce ab omnibus Glaucus: quod uerbum longo iam usu latini poetæ suum fecerunt. Latius tamē patet Glaucus, nam præter oculos Noctuinos, quos, ut auis i p̄sius Græcū nomē declarat, omnes Glau cos esse cōfirmant. Multa quoq; dicuntur glauca, ut Vlua palustris herba, ut Salix, cuius cum frondes, tum multo magis cortex in ramis, præsertim anniculis, nitet hoc colore. Quod laudat Vergilius in equis, eosq; noto carmine glaucos appellat, com munī Italorum lingua Baios nominatos. Nā Spadices honesti ab eodē Poeta ibidē uocati, illustriores sunt altquanto, Baij & ipsi, sed clari, uulgo nuncupati: atq; ij duo aliorū omnium maxime probantur colores in equis. Vlua igitur, Salix, quas idem Vergilius glaucas dixit, equi item species optima. Castaneæ etiā nucis tunica, aliaq; multa, præter Leonis ac noctuæ oculos, colorem glaucū ostendunt. Sed ut unde discessi, redeam, quando Cæsius color tantū est oculorū, uidendum est, ne is sit potius quē Aristoteles Charopon uocat. Sic em ab illo dicitur leo, ab oculorū saeuitia: quē Catullus poeta doctissimus, Cæsium appellat. Vnde Hercules cognomento dictus fuit Charops, quasi iracunde intuens. Nā χερά græce, ira dicitur latine. Et ex eodē, ut puto, horrore, Charybdis nominata est, & Charon: de quo canit Vergilius. Stant

C E

circum lumina flammæ. Cæsium uoluit se-
nem illum horribilem ac dirum significa-
re. Quamuis non nesciam, Charopon ab
alijs aliter quoq; reponi. Autor Thyl. de
coloribus.

Cestron, Betonica, apud Dioscor. libro. 4.
cap. 1. Plin. lib. 23. cap. 8.

Cestron, Thymelæa apud Dioscoridem li-
bro. 4. capite. 183.

Cestomela. Lege, Mela Cestiana.

Cestron, Lonchitis. Dioscor. lib. 3. cap. 162.

Cesypnum, uerum Ladanum, quod ex hyr-
corum barbis corradiatur.

CH A D

Chada, Lege, Sutura.

CH A L

Chalacium, siue Chalacia, morbus oculorū
Crithi non absimilis, quando tuberculū
album grandinis modo innascitur.

χαλασμοὶ τῶν ἀρθρῶν, hiatus membrorum.
χαλάσσις, tensiua laſſitudinis relaxatio, Hip-
pocrati.

χαλάζια, & ipsa in palpebris κρίθη, non dis-
similia chimosi nascuntur: sed cum frigore
eiudem. Accedit, q; mobilia sunt, & digi-
to huc, illucq; impelluntur. Lege. Palpe-
brarum uitia.

χαλάζιον ἀργοῦ σύστασις, id est, ociosi hu-
moris multitudo, uelut grando peruia. Cu-
ram eius uide apud Paul. lib. 6.

Chalbana, Syriace ferulæ succus. Officinæ
hodie & neoterici Galbanum cōmuniter
nominant. Dicitur et Chalbanum in neu-
tro genere.

Chalbanum quale probetur, & quid sit, re-
quire apud Theophr. lib. 9. cap. 7.

Chalcanthum, aut Chalchantes, Atramen-
tum sutoriū, ut est apud Diosc. lib. 5. ca. 105.

Chalcidica lacerta, dicta est a maculosis li-
neis quas in tergo gerit, colore aeris, quod
græci χαλκὸν uocant. Vnde a Vergilio
Chalcis, uel Chalcidica exponitur, quasi
ænea, non a Chalcide Euboiae, ubi ab alijs
plurima dicitur euenire.

Chalcidice, una species lacertæ, græce σένι. Chalcis, an idem sit cū Chalcidica, quod la-
certa significat, a plærisq; dubitatur. Chal-
cidis meminit Aristot. lib. de Animal.

Chalcis, piscis de genere Rhomborum.

χαλκίς, auis accipitrum generis, raro appa-
ret, & montes incolit: colore nigro, magni-
tudine accipitris, forma tenui & oblonga,

C E

Homerus uocauit κύμινδην in Iliade. χα-
κίδης κυκλισκουσι, θεοὶ ἔνδρεσ δὲ κύ-
μινδην.

Chalcitis, id est, lapis ærarius, ita uocatur:
quoniam ex ipso æs coquitur, de qua uide
Dioscor. lib. 5. cap. 106.

χαλινόν, desinentia labiorum quæ respicit
ad maxillas.

χαλινός, sinistra compago.

C H A M

Chamæ, a Græcis χαμαι, species sunt con-
charum. Aliud in mari uidetur piscis esse
genus Chamæ, quas Hiatulas quidam in-
terpretantur, habentes uuluum, sicut qui
& Erithyni, hoc est, Rubelliones dicun-
tur. Chamarum duo redduntur genera:
scilicet. Tracheæ, hoc est, asperæ, malisucci,
quas & Ostrea cognominant, & in Mace-
donia Corycos, & Athenis Crios. Alterū
Ieues, multo meliores et crassiores: ob id et
Pelorides, & Pelorinæ a quibusdā, & Ba-
silicæ uocantur, & ab Helio Sparciano Li-
ostria, id est, si Lithostrea mēdose legatur.

Chamæacte, Sambuci genus alterum, id est
Ebulus, apud Dioscor. lib. 4. cap. 185.

Chamæcissos, quæ humi repit Hedera.

Chamæcissos, Hædera nō attollens se a ter-
ra, de qua uide apud Dioscoridem lib. 4.
capite. 127.

Chamædaphne, Vinca peruinca, apud Di-
oscor. lib. 4. cap. 150.

Chamædrys, Scordium apud Dioscoridem
libro. 3. cap. 123.

Chamædrys quæ sit, uide apud Dioscoridē
libro. 3. capite. 111.

Chamædrys, Chamædrys apud Dioscor.
libro. 3. cap. 111.

Chamægiron, Tussilago, apud Dioscoridē
libro. 3. capite. 124.

Chamelæa, frutex petrosus, de quo uide a-
pud Dioscor. libro. 4. cap. 182. Vide Gra-
num Gnidiūm.

Chamelæa, alia ab Coccognidio, Thimeæ
apud Dioscor. lib. 4. cap. 183.

Chamæmelon, Parthenium apud Dioscor.
libro. 3. capite. 156.

Chamæmelon, inter alia lingua Siculorum
cognomentū tertiae speciei Aristolochiæ,
ut inquit Dioscor. lib. 3. cap. 5.

Chamæmilla. Lege. Cunicula.

Chamæmyrtle, Rubus, uel Ruscus apud
Dioscor. libro. 4. capite. 147.

C H

Chamæpeuce, Laricis folio similis ostenditur, apud Dioscor. lib. 4. cap. 128. quasi Larix pumila dicta.
Chamæpitys, Ruta sylvestris, apud Di-
scoridem lib. 3. cap. 51.
Chamæpitys, Hypericum, apud Diosco-
ri. lib. 3. cap. 172.
Chamæpitys, Onobrichis herba, apud Di-
scoridem lib. 3. cap. 171.
Chamepitys, Aïuga dicta herba, apud Di-
scoridem lib. 3. cap. 176.
Chamæpitys uera, describitur ab Dioscori-
de lib. 3. cap. 176. & ultimo lib. 3.
Chamæpitys, Ruscus, uel Myrtus sylue-
stris, apud Dioscor. lib. 4. cap. 147.
Chameleuce, Tussilago, uel Bechion, apud
Dioscor. lib. 3. cap. 124.
Chamæleon, figura & magnitudine Lacer-
ti, nisi crura essent recta, & excelsiora. La-
tera uentri iunguntur, ut piscibus, & spina
simili modo; eminent rostrum, ut in paruo
hauis absimile sit suillo. Plin. lib. 5. cap. 33.
Chamæleon albus, describitur ab Dioscori-
de lib. 3. cap. 9. Plin. lib. 22. ca. 18. li. 21. ca. 16.
Chamæleon niger, describitur ab Dioscori-
de lib. 3. cap. 10.
Chamæleon, Dipsacos. Diosc. lib. 3. cap. 12.
Chamæleuce, Chamaecissos, uel Hedera,
apud Dioscor. lib. 4. cap. 127.
 $\chi\mu\sigma\iota\omega\lambda\omega\mu$. Lege, Irion.
Chamæplatani, coactæ breuitatis Platani.
Plin. lib. 12. cap. 2.
Chamæraphanos, eadē quę $\alpha\chi\rho\iota\omega\acute{\alpha}\phi\pi\omega\sigma$.
Chamæropis, forte id quod apud Dioscor.
Chamædrys, & Chamædropis. Vide Ver-
gilij commentarium.
Chamærhyten. Lege, Struthium.
Chamæsyce, Astragalus. Dio. lib. 4. ca. 65.
Chemæsyce, Papaver sativum, apud Dio.
lib. 4. cap. 65.
Chamæsyce, pumila ficus latine, apud Di-
scoridem lib. 4. cap. 181.
Chamæzelon, Gnaphalium, apud Di-
scoridem lib. 3. cap. 131.
Chamomilla, Chamæmilon, $\alpha\nu\theta\epsilon\mu\omega\varsigma$.
Chamsæ, Crocodili apud Aegyptios uo-
cantur.

CH A O

Chaos, animal effigie lupi, pardorum macu-
lis. Plin. lib. 8. cap. 17.

CH A R

Characacæ uineæ, id est, pedaceæ, a græco.

C H

Nam $\chi\acute{\rho}\alpha\acute{\varepsilon}\acute{\varepsilon}$ fœm. generis duntaxat, peda-
mentum uitis significat.
Charadrius, id est, Rupex latine, ut placet
Gazæ, auium generis.
 $\chi\acute{\rho}\alpha\acute{\varepsilon}\acute{\varepsilon}$ fœminino genere, pedamentū uitis.
Vnde uites Characatæ dictæ, pedamini-
bus adnixaæ. Prouerbium Græcorum est,
 $\chi\acute{\rho}\alpha\acute{\varepsilon}\tau\acute{\eta}\nu\alpha\mu\pi\epsilon\lambda\omega\gamma$, id est, palus uitem $\xi\acute{\varepsilon}\acute{\varepsilon}$
 $\pi\alpha\tau\acute{\eta}\sigma\epsilon\mu$ accepit. Colum. lib. 5. cap. 3.
Characias, Tithymalus masculus, apud Di-
scoridem lib. 4. cap. 169.
Charandrius, fertur ictericum morbum sa-
nare solo suo conspectu, ut inquit Aelian.
Charax, adminiculum uitis.
Charchari, pisces sunt.
Charisium, placenta putant esse speciem.
Chariton Medicus, citatur ab Aetio sermo-
ne. 13. cap. 18.
Charixenus Medicus, citatur ab Aetio ser-
mone. 8. cap. 52.
De chartarum generibus, & earum inuen-
toribus, ac usu, lege Plin. lib. 13. ca. 11. & 12.
Chartilago, ex nerui, ossisq; natura constat,
Polluce & Galeno testibus, in quā omnia
ferme ossa desinunt.

CH A S

Chasam, est defectus odoratus: & fit a mala
complexione incensa, aut opilatione, aut
apostemate.

$\chi\sigma\mu\alpha\tau\acute{\iota}\iota\iota$, uocantur terræmotiones, quæ
labes relinquunt, & in caua subsidunt; ab
hiatu sic dictæ.

Chastanon, Xanthion, uel Lappa, apud Di-
scoridem lib. 4. cap. 139.

$\chi\alpha\upsilon\lambda\iota\delta\sigma\tau\acute{\iota}\sigma$, exercentes aprorum.

CH E D

Chedra, Hippuris altera, Diosc. lib. 4. ca. 5.

CH E L

Chelidores ripariae, quæ in riparum cauis
nidificant.

$\chi\acute{\lambda}\iota\delta\acute{\o}\nu\epsilon\sigma$, Hyrundines. Trīa eorum gene-
ra. De quibus uide Dioscor. lib. 2. Plin. li.
10. cap. 33. Paulum Aeg. lib. 6.

Chelidonia, Phragmitis, herba Fumuster-
ræ, apud Dioscor. lib. 4. cap. 111.

$\chi\acute{\lambda}\iota\delta\acute{\omega}\nu$, Hirundo.

Chelidonia describitur a Diocoride. lib. 2.
ca. 200. Theophr. li. 7. ca. 14. Plin. li. 25. c. 8.

Chelidonia, Hirundinaria maior, Barbar.
in Coroll.

Chelidoniae minoris descriptionem, Lege
apud Dioscor. lib. 2. cap. 201.

C H

Chelidon, & pisciculus, & salsamentum,
Polypo similis.
Chelidonium, id quod Chelidonia.
Chelidonium, Vitis alba, apud Dioscoridē
lib. 4. cap. 194.
Chelidonium, præter uulgarem ac notam si-
gnificationē, cognomentū Anagallidis.
Chelidonium micron, Capnos, uel Fumus
terræ, herba apud Dioscor. lib. 4. cap. 111.
Chelonion, Cyclamenos.
Chelones, Lege, Onistos.

CH E M

Chemosis, oculi tam fortis imaginatio, qua
utraq; palpebra intantum perueritur, ut
uix oculos operiant, & album oculi supra
nigrum ita extollitur, ut id in pluribus lo-
cis operiat. Vel,
Chemosis oculorum morbus, quādo ex tu-
more uehementi utræq; palpebræ conuer-
tuntur, ut uix liceat conniuere, & albū su-
pra nigrum attollitur, ac rubescit.

CH E N

Chenalopex, ansere minor, ex uulpis et an-
seris forma, audax, paratusq; tum aquilæ,
tum felī resistere. Præterea fœtus tāta cha-
ritate cōpletebitur, ut more perdicis ultro
atcupi obuiam eundo, spacium pullis ad
euadendum tribuat. Aelianus.

Chenoboscia. Loca in quib; anseres alūtūr,
Chenoboscia grēco uocabulo appellātur.
Nam χένη grēce anser dicitur, Βόσκο, id est,
pasco. M. Varro: Vbi anseres aluntur no-
mine Chenoboscion appellatis. Columel.
lib. 4. cap. 14.

CH E R

Cheredranon, Hippuris, apud Dioscoridē
lib. 4. cap. 49.

Cherephyllon, Mirrhis, apud Dioscoridē
lib. 4. cap. 117.

Chœradolethon, Xanthion, uel Lappa,
apud Dioscor. lib. 4. cap. 139.

χερταῖος ἔχινος, terræstris Echinus.

Cheria, sylvestris Raphanus.

Cherias Artheniensis, herbarum scriptor,
celebrator quoq; spinarum generis, & car-
duorum. Meminit Plinius lib. 21, cap. 23.
& Galenus.

CH I

Chia, ex Lentisco traditur gigni modo.

Chia terra. Dioscor. lib. 5. cap. 165.

χιασμός, capitis diuisura.

Chiræ, in pedibus quæ fiunt rupturæ. Vn-

C H

de ita affecti Chiropodes nuncupati, uelut
Rhagopodes.

Chiliophyllum, Achillea. Dio. lib. 4. ca. 39.
Chiliophyllum, Polygonum, apud Diosco-
ridem lib. 4. cap. 5.

χίμαιρα οργήνικως μὲν ὁ τράγος θυλικῶς
δὲ ἄτιξ. Theocrit, interpres Idyl. primo.
χίμαιραι, Capræ.

Chimerine, Aizoum minus, apud Diosco-
lib. 4. cap. 92.

χίμετλον, ulcus ex frigore, & quod fit in pu-
eris præcipue, maxime uero in pedibus &
digitis, rubor uidelicet cum inflammatio-
ne mediocri. Celsus lib. 5. cap. 28.

χίμωσις, inflammatione nimirū palpebrarum,
adeo, ut sese aperiant, & uix integratur ocu-
lus, albūq; nigro surrectius est, ac tumet.
χεὶς, manus.

χεὶρα, quæ in pedibus fiunt rupturæ: unde
& ita affecti χεὶρωποδες dicti, uelut Rha-
gopodes.

χεὶρας, morbus articularis.

Chiron, & Melampus Medici præstantissimi, a quorum nomine herbæ quoq; di-
cta sunt. Fuit Chiron in medicina pro-
batus homo, cuius & Lucianus meminit in Dialogis, & in Fabulis Poetæ, inuen-
tor, uel potius monstrator Centaurij, &
Chironij. Hic olim cum Herculem suscep-
pisset hospicio, atq; arma Herculea pertra-
ctaret, sagitta forte fortuna incidit in pe-
dem, unde uulnus suppuratum est, atq; ita
objit mortem, quia fuerat uulnus mortis.
Factus est inde locus proverbio, ut inquit
Plinius, in χεὶρωποδες λακος. De ulceribus
insanabilibus, lege Plinius libro. 25. ca-
pite sexto: quanquam inibi Centaurea re-
ualuisse a ueneno existimet Plinius, quæ
subinde dicta est Chiron. Secus uulnus O-
uidio, qui e cōtaetu dicit eum perisse, atq;
subinde in cœlum subiectum, uersus eius
τὰ ἐπειαὶ κατατοῦ ἐισι. Ex Fastis,
Dūq; senex tractat squalētia tela uenenis
Excudit, & læuo fixa sagitta pede est.
Ingemuit Chirō, traxitq; a corpore ferrū,
Et gemit Alcides, Hemoniusq; puer.
Erasmus in Chiliadibus ex Zenodoto di-
cit in bello aduersus Centauros iactum ab
Hercule, uulnus immedicable in pede ac-
cepisse, unde & perierit. Vide quoq; Higi-
nium. Vnde corrigendus est Auicennæ
locus, qui pro Chironis ulceribus, legit

C E

Charonijs, haud dubium, quin Librariorum, aut oscitantium Interpretū culpa euerterit. Est autem ulcus magnum, quod habet oras duas callosas, & tumentes; exit sanies non multa, sed tenuis.

Chiromancia, ex manū lineis futura prophetizat.

Chironia, idem quod Chironion, uel Centaureum.

Chironion, Centaureum magnum: sic dicitur, quia eo curatus est Chirō Centaurus, ut inquit Plin. lib. 25. cap. 6.

χειρῶνιον ἔλκος, ulcus magnū, quod habet oras duas, callosas, & tumentes: exit sani es non multa, sed tenuis. Sic dictū putant, quod Chirone Medico indigeat. Idem &

τηλέφην uocatur, ab Telepho quopiam, qui huic uestio fortasse obnoxius fuit.

Chirurgia, est manuum intremularum dili gens cum experientia motus. Vel sic. Est operatio manū artificiosa, ad cōmodum finem pertinens. Galenus de Definitione. **Chirurgia** uocatur, ut inquit Vegetius. 2. Mulomedicinae, quodcunq; secatur ferro, uel cauterijs uritur. Vel,

Chirurgia est scienia, medicinæq; altera pars, quæ per consuetas, tum sectiones, tū adustiones, & quæcunq; alia manu fiunt, humana corpora restituunt.

Chirurgiæ, & pharmacorum differentiæ, et diversi fenes. 14. Method. lib.

χειρουργική, quæ manu medicatur. De tribus illis partibus Medicinæ, uide latissime Celsum differentem lib. 1.

χειρουργικαι, quæ manibus contrectat medicina.

Chirurgia cum sit uetusissima, magis tamē ab illo parente omnis medicinæ Hippocrate, quam a prioribus exculta est: deinde posteaquam deducta ab alijs, habere professores suos cepit, in Aegypto quoq; increvit, Philoxeno maxime autore, qui pluribus uoluminibus hanc partem diligenter comprehendit, Gorgias quoq; & Sostratus, & Hieron, & Apollonij duo, et Hammonius Alexandrinus, multiq; alij uiri, singuli quædā reppererūt. Ac Rome nō mediocres professores, maxieq; nuper Tryphon pater, & Euelpistus, et ut ex scriptis eius intelligi potest, horū eruditiss. magis quibusdā in melius mutatis, aliquantū disciplinæ adiecerūt. Hactenus Celsus.

C H

χειραγία, manutigium, manuum operatio.

CH O L

χολάδες. Vide, Lactes.

Cholagoga, quæ bilem proluçt pharmaca.

χολæs, intestinum crassum.

χολὴ, fel.

χολὴ μέλανα, atra bilis.

χολὴ, ad bilem, quæ in multis partibus corporis inuenitur, & ad fel, quod propriam habet sedem in folliculo iecoris, æquiuoca & communis uox est. Nec in Græcis, nisi ex necessitate eorum, quæ pro ea scribuntur, aut dicuntur, discerni eius ambigua significatio potest: id quod tam certum in Græcis est autoribus, ut probatione non indigeat.

Cholera plurali numero, itē Choleræ, morbi genus est præcipitis, in quo & uomitus, & deiectioni simul fiunt. Galenus uero lib. Definit. ait: Cholera est passio peracuta, molesta, atq; grauis, quæ statim hominem ad catarrhum adducit, cum uomitu & uen tris deiectione multa; & in termina, intestinorumq; dolorem, deinde in febres rectidit. Vel sic. Cholera est passio acuta cum uomitionibus uitiosis, atq; immodica uen tris exinanitione, uel curuatione: & etiam contrahuntur suræ crucū, infrigidanturq; corporis partes extremæ: pulsus in ipsis minores fiunt, & imbecilliores.

Cholera quid, & quottuplex. Gale. de atra bile, fol. 313.

Cholera rubea, tenuem prope sanguinis substantiā ostendit: & quia nō concrescit, bilis quoq; uocatur. Gale. eodem, fol. 114.

Cholera cyanea, id est, Cerulea.

Cholera Bode, id est, uirens.

Cholera Phæon, quam nos subnigrum dicimus.

Cholemasia, uomitio biliosa. Utitur ea dictione Paulus lib. 2. cap. 56.

Choleram Galenus in Diffinit. suis diffini uit, acutissimum esse malum, quod cū multa decoctione & uomitu bilis fit, in quo cō trahuntur suræ, extrema algent, fiuntq; ex igni & incerti uenarum pulsus.

χολώδη, quod in homine biliosum est.

Cholopœon, Abrotocoon, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 27.

χολοπιæ, bilem contrahentia.

χολὸς, succus, siue ex herbis, siue ex alimen tis. Passim utuntur hac dictione Medici.

C H

CH O N D

Chondrilla, admodum paucis cognita, alio qui Cichorio similis, & pro Cichorio usuratur. Aliqui Cichorium, alij Serin appellant, caulem, flores, & folia habet Cichorio similia. Qua ex causa nonnulli sylvestris Intubis speciem esse pronunciarunt. Verum tenuior tota est, in cuius ramulis gumi mastichæ similimum, tuberculo fabæ inueniri solet. Dicitur & Chondrylion. In Theophrasto Andryala. In Plinio Condryala, pro Chondrilla depravata legitur. Hanc Galenus speciem unam Seridis facit. Julius Pollux autor est, appellazione Cichorij, ueteribus sylvestria olera uenisse duntaxat, quæ & gracilia, & tenuia appellabantur.

$\chi\sigma\delta\gamma\omega\tau\alpha\varsigma$ uocant, cum in grumos lac densatur. $\pi\alpha\gamma\eta\omega\tau\alpha\varsigma$ uero, quando impetu quodam lactis natura in eam partē facto, timent, inflammanturq; mulierum mammæ, nec possunt copiam lactis perferre.

$\chi\sigma\delta\gamma\omega\tau\iota\sigma\alpha\eta\eta$, alica ptisanæ modo cōfecta. $\chi\sigma\delta\gamma\omega\tau\Theta$, Cartilago.

$\chi\sigma\delta\gamma\omega\varsigma$, Græci dicunt in sale exigua frusta, & quasi quantū summis contractis in unum digitis, capere quis possit.

Chondros, uel Xiphondes, super præcordia est os pectoris, uel cartilago, a similitudine capitis gladij, ut Galenus interpretatur. Vocant & malum punicum, ex corticis imagine quadam. Prominet super os stomachi propugnaculi uice. Lege $\mu\alpha\delta\sigma\varsigma$ $\chi\sigma\delta\gamma\omega\varsigma$.

Chondrosyndes non, uocant constitutionē illam, quæ est ex ligamentis, & cartilaginis in hoie. Gal. i. de Temperam. a fine. $\chi\sigma\delta\gamma\omega\varsigma$, Halica: fit ex ea Zea, quam Dicoc con uocant, plus alit quam Oryza.

CH O R

Choramos appellant utrosc; linguæ sinus & cavitates.

$\chi\sigma\delta\alpha\tau\Theta$, pecudnm morbus, cū uidelicet preclusa intestina uiscerum, uento, fumoq; urgente se colligunt, usq; adeo, ut aquam, & cibū animalia reuomere cogantur. Præterea ad similitudinem hominum, propter inflationis iniuriam, colli quoq; dolore vexantur: propter quā necessitatem animalia per rumpuntur. Vegetius lib. i. ca. 41. Vide Colici.

$\chi\sigma\delta\alpha\tau\Theta$ alij uocant, cū se tumor ostentat

C H

aliquis in tenuinm intestinorū portione: ut uideatur spicæ imaginem præferre intestinum.

Chordapsis, intestinorū emollitio accidēs, quam Voluulum uocat Aetius sermone 9. capite. 28.

Chordū, fœnū dicitur quod sero nascitur. Chordum quid sit, lege Fœnū Chordum, & dictionem Crithmon.

Choria, ex melle, & lacte cibaria fuere. $\chi\sigma\delta\eta\omega\varsigma$, foetus ipsius inuolucrum; ideo sic dictum, quod $\chi\omega\eta\mu\alpha$, locum scilicet, et spaciū foeti dat: uel quod nutrimentū foeti subministret. Constatq; duabus uenis, & totidem arterijs, & quinto, quod $\nu\varphi\alpha\chi\eta\varsigma$ uocant. Lege $\nu\sigma\epsilon\eta\alpha$, & Embrion.

Chorodonon, Sphondylion, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 99.

$\chi\sigma\delta\omega\eta\eta$, summa ipsius colis pars, a nobis glans dicta, per similitudinem glandis arboreæ. $\chi\sigma\delta\omega\varsigma \alpha\varphi\eta\delta\iota\sigma\iota\alpha\varsigma$, id est, Acorus.

CH L O

Chloros color, id est, uiridis. Veteres assueuerunt ita nominare etiam pallidum colorē. Interdum etiam pleriq; Brassicam, et Lactucam Chloros, id est, uirides nominant: qui quidem color nigrior est q; rubidus. Est etiam tanquam initii quoddam nigri, liuidiq; quē frigus perinde quasi nigrum effecit. 1. Prædictionum. Apho. 10. Chlounion, Eryngion, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 23.

CH N O

$\chi\sigma\omega\eta\eta\varsigma$, Theophrastus appellat Hederæ florem.

CH O E

$\chi\sigma\eta\pi\alpha\varsigma$, Struma sicca, & quæ diffīllime disicitur caro. Nascitur potissimum in collo: nec una tantum, sed altera, pluresq; singuleq; priuatim proprijs tuniculis, nō aliter quam in abscessuum genere stratomata, et atheromata suis inuolucris seorsim acōcinentur. Eas autem a strophis, quæ Græcis sues sunt, gentes aliquot Strophas, & Strophulas uocant.

$\chi\sigma\eta\pi\alpha\varsigma$, durati adenes, circa collum, alas, & inguina præcipue concreti, & surgentes, qui plerūq; eodem modo, quo reliquæ corporis duricies discutiuntur, & curantur. A suis, quos $\chi\sigma\eta\pi\alpha\varsigma$ Græci appellant, dicti, quod frequētes circa ceruicem & collum eius animalis inueniuntur.

C H

χοίγος, sus, porcus.

CH O E

Choetas, id est, struma.

CH R I

χειā, Buccina.

*χηστομολόγος quisint, require in dictione,
μαντικήν appellant.*

Chrīte. Lege, Palpebrarum uitia.

CH R O

Chromes, Pisces.

CH R Y

*Chrysalis, erucæ genus, uermiculus inse-
ctus. Plin. lib. II. cap. 32.*

*Chrysanthemon, Aizoum, apud Dioscor.
lib. 4. cap. 91.*

*Chrysanthemon, Chrysocome, apud Dio.
lib. 4. cap. 58.*

Chrysitis, Semperuiuum. Dio. lib. 4. ca. 91.

Chrysitis, Mercurialis. Dio. lib. 4. ca. 201.

Chrysitis, Chrysocome. Dio. lib. 4. cap. 58.

Chrysippus Philosophus & Medicus, Hip-

*pocratis, & Prodici placita primus muta-
uit, tumultuaria quadam, ut inquit Plini-
us, garrulitate. Scripsit autem de animæ
ægritudinibus. Item de Ratione curandi.*

*De Logice questionib. Meminit Gale. de
locis Affectis lib. 3. ca. 1. & Plin. li. 29. ca. 1.*

*Chrysiscptrum, Chamæleon albus. Dio.
lib. 3. cap. 9.*

*Chrysoberillus, Smaragdi secunda species,
paulo pallidior, in aureū colorem exeunte
colore. Plin. lib. 37. cap. 5.*

*Chrysocalis, Parthenium, apud Dioscori-
dem lib. 3. ca. 156.*

Chrysocarpos, Hedera.

*Chrysocome, sine folijs, sine semine, solo
scapo, comas habet, fulgore auri. Dioscor.
lib. 4. cap. 58.*

Chrysocome, Iouis barba, herbæ nomen.

Chrysogonō, describitur ab Dio. li. 4. c. 59.

*Chrysolachanon, Atriplex, de qua lege di-
ctionem Atriplex.*

*Chrysolectrū, Electri quedā species, aurei
coloris, & matutino gratissimi aspectus.
Plin. lib. 37. cap. 3.*

Chrysomella, Lege Citoniorum genera.

*Chrysoprasus, uincinum genus Chrysobe-
rryllo, smaragdino pallidius, & a quibusdā
proprij generis putatur. Vide Plinium li-
bro. 37. cap. 5.*

*Chrysospermon, Semperuiuum, apud Dio-
scoridem lib. 4. cap. 91.*

C H

*Chrysospermon, Chrysogonon, apud Dio-
scoridem lib. 4. cap. 59.*

*Chrysocolla, Berggryen, oder Schyfer-
gryen. Lege, βάτραχος.*

*Chrysocolla quid sit, uide in dictione, Aeru-
go aurificum.*

*Chrysocolla, humor est in puteorum scrobi-
bus, per uenam auri canaliensis defluens,
crassescente limo rigoribus hybernis usq;
in duriciam pumicis. Vide Dioscoridem
lib. 5. cap. 95.*

Chrystalion, Psyllium. Dio. lib. 4. ca. 73.

*χυσαλωειδῆς nominatur gutta humoris o-
ui albo similis, a qua uidendifacultas pro-
ficiuntur.*

CH V

*χοῦ, liquidoru mensura duodecim cotylas
cōtinens. Tertia pars χοῦ, quatuor cotyle.*

CH Y

*Chymosis, Lege, Exulcerationis oculorū
affectus.*

Chymistæ, alias, Alchymistæ.

χυμός, humor secundæ digestionis.

Chylodynamis, Polemonia. Dio. li. 4. c. 10.

*χύλος, succus, χύλισμα, siue ex herbis, siue
elementis passim extractus.*

χύλος, tremor.

χύλος, humor primæ digestionis.

*Chylus, est substātia liquida, ptisanæ in spis-
itudine similis, quæ in prima fit digestio-
ne. Auicen. lib. 1. Fen. 1. Doct. 5. cap. 2.*

C I B

*Cibi qui olim in luxu ueteribus fuerunt, le-
ge apud Cœlum lib. 5. cap. 31.*

κιβώτιον, Lege, Faba Aegyptiaca.

κιβώτιον, Ibidem,

*Ciborum uarietas uehemēter obest, & oīm
morborum caussa. Hippoc. li. de Flatibus.*

*Cibus Saturni, Magice Equisetū, uel Hip-
puris, apud Dioscor. lib. 4. cap. 49.*

Cibus Italicus, secundū Innocē. Capparis.

C I C

*Cicadæ. Plin. lib. 11. cap. 26. Hæ apud Rhe-
ginenses mutæ: quia illis silentium indexit
Hercules, cum illic dormiret. Solinus. c. 8.*

*Cicatrix, Romane Coronopus, forte quia
cicatricem facit.*

*Cicatrix oculi, idem quod oculi albugo, &
nebula.*

Cicatrix oculorum, uide, Albugo.

*Cicer inter legumina numeratur, non inter
olera: existimo legendum Siseris. Est aut;*

C I

Siser herba hortensis, cui generositas præcipua est in Germania; inest longitudine neruus, qui indecoctis extrahitur, amaritudinis tñ magna parte relicta: quæ mulso in cibis temperata etiā in gratiā uertitur. Siser nobilitatum est a Tiberio Principe, id genus oleris mire expertente. De hoc intellexit Vergilius in Moreto scribens: Hic Siser & capiti debētes nomina porci. In codicibus impressis uulgo legitur Cicer, sicut hic quoq; : cum utrobiq; Siser legendum sit. Vide Columel.lib. ii. cap. 3. Ciceram Columella nō tam leguminibus, q; pabuli quoq; generibus annumerat. Cicer Columbinum, Venereū orobœum, & Puniceū, Ciceris differentiæ, quæ tamen pro eodem accipiuntur s̄epe.

Cicer arietinum, aliud a satiuo uulgari. Vide Dioscor.lib. 2. Plin.lib. 19. Theophrast. lib. 9. Galen.lib. 6. Paulum.lib. 6.

Cicer erraticum, Serpillum.

Cicerulam Theodorus existimauit esse, quam Λύτρας Græci uocant, folio nō rotundo, ut plurima legumina, sed oblongo: caulis humili serpens, ut piso: quaterni, & inæquales grano sunt anguli, ut Plinius inquit. Columella similem piso facit.

Cicerbita. Cicerbitam bellissime omniū de linitauit Nico. Leon. cuius uerbas habet. Dioscorides ipsam Sonchum nominat, & a Romanis Cicerbitam asperam uocari testificatur: quamuis hoc nomen, ut pleraq; alia Romana uocabula, apud Dioscoridem sit depravatum: quia non Cicerbita aspera, sed Circita aspra in græco codice uitiose legitur. Idcirco autem a Romanis aspera fuit cognominata, quia spinosa est cum inueterascit. Græci sane adhuc herbam, quam nos latine Cicerbitam nominamus, uulgo Sonchum appellant: ut mirandum sit, Simonem Genuensem, qui multa herbarum uocabula a græco herbario didicit, quid tamen esset Sonchus apud Græcos, ignorauerit, nam de ipsa meminit in litera S. & adducit uerba Dioscor. de Soncho: quæ tamen herba sit, aut quo nomine censeatur apud nos, dicere prætermisit. Plinius lib. 22. cap. 12. quam nos Cicerbitam non minamus, græco uocabulo Sonchū appellauit: atq; ita ipsam descriptit, ut dubitari non possit, Sonchū apud Græcos esse herbam, quam Latini Cicerbitam uocat. Sed

C I

præterea idem Plinius una cum Dioscoride tot huius herbæ usus enumerat, ut me aliquando pudeat nostri temporis Medicorum, qui tantum illa remedia probant, quæ magno impendio parantur, quib. me liora aliquā pauperrimus quisq; coenat: ferre tamen, de quo nos etiam magis pudere oporteat, non Indicas, atq; Arabicas, siue externi orbis querūt medicinas, sed quas natura illa omnium parens uulgo etiā exposuit. Mustela pugnatura contra serpentes, pastu fe Cicerbitæ munit, atq; inter pugnandum eodem crebro repetito se refuet. Compertum est hoc apud multos, qui dimicationē consertam uidere. Nos Theriacam contra uenena, ab Aegyptijs magnō emimus precio, cuius potissimā partem, quam basim uocamus, illi adhuc ignorant, præter multa alia simplicia medicamenta, ad eandem compositionem necessaria, quæ nostra hac ætate neq; a Græcis, neq; a Latinis, nedum a Barbaris cognoscuntur: quorū etiam uel unius defectus, si Galen. Medicorum Principi credimus, potest totam compositionē corrumpere. Naturæ uero opera sunt absolutiora, inuentu faciliora, nisi ob hoc ipsum uilescent. Sonchum autem, siue Cicerbitam, cuius occasione hæc interposuimus, magnā habere contra uenena, sed præcipue scorponum efficaciam, testantur tum Dioscorides apud Græcos, tum etiā Plinius apud nos, & ex recentioribus Conciliator, qui Lactucellam, per quam, ut puto, Cicerbitam intelligit, quæ, ut etiā inquit Plinius, Lactucæ similis est, nisi spinosa foret, septē alijs herbis annumerat, quæ Theriacæ & qualem habent cōtra uenena potestatem. Atq; insuper Auicen. apud Arabes, si modo Cicerbita sit herba, quā ille. 2. Canone Taraxacon nominat, ut scio plerosq; etate nostra Medicos celeberrimos, ac præser-tim Gerardum Veronensem existimasse. De Cicercia reliquū est, quo tuis quæslitis omni ex parte satis fiat, ut etiā de Cicercia respondeam, hoc leguminis genus uulgo Cicerciam nominatum a Plinio lib. 18. ca. 12. Cirercula nuncupatur a Theophrasto libro. 9. de Plantis, & a Galeno eundē Theophrastum allegante lib. 2. de Alimentis. Lathiron. hoc enim uerbum Theodorus græce, latineq; doctissimus, in translatio-

C I

ne Theophrasti Cicerculam interpreta-
tur. Et Hieronymus Tragus de eadem
herba. Cicerbita, & Sonchus, nostra La-
ctuca est crīspa & hortulana: in Veris ini-
tio usq; ad æstatē cum reliquis Lactucellis
apud nostrates ex sale & aceto estur. Nam
 $\sigma\delta\gamma\chi\sigma\tau$ re uera ut Hieration Lactucæ spe-
cies est. quare Hieration a Dioscor. Son-
chitem, tanquā Sonchi congenerē dictam
uideo. Proinde rura nostra omnia isthæc
holera uno idiomate et communī uocabu-
lo Lactucas uocant.

Citharon, Hædera. Dioscor. lib. 2. ca. 199.

Cithorium. Lege. Chondrylla.

Ciciquid sit, uide apud Diosc. lib. 4. ca. 167.

Cici herba, ex qua Ricini semen. Autor
Aetius sermone. 10. cap. 26.

Cicinon, uide. Ricinum.

$\kappa\kappa\mu\nu\eta\epsilon\lambda\alpha\iota\omega\eta$, Cicinum oleum ex maturis
ricinis, & Cici arbore (ut inquit Plinius li-
bro. 15. cap. 7.) quæ Aegypto est copio-
sa, alijs Crotonem inquit, alijs Trixon, alijs
Sesamum sylvestre nominant. Confectio-
nem eius lib. 1. Dioscor. docet. Quem lo-
cum ita explicat inibi Marcellus, Vergil.

Cici quondam fruticem aliqui dixerunt,
quem plures græci Crotona, & Romani
Ricinum, a figura seminis appellauerunt.
Rura autem nostra, & omnis fere Tuscia,
nunc Romanum Phaselum uocat. Illi a
notissimi infecti, nos a leguminis similitu-
dine, eandem rem indicantes. Frutex hic
tantum non arborescit: seriturq; in hortis
nostra ætate, sed ad spectaculum magis q; utilitatem, altitudine, ut hic in historiā
eius, humilis fici, placanī folio; et si Plinius
uitigineo, nullo discrimine tamen indicat:
quando platanus uitigineo folio a cunctis
describitur. Atq; hæc quidem Vergilius.
Nos in peruetusto quodam Lexico, a Do-
ctoribus Bononiensibus perscripto, ut ti-
tulus preferebat (libellum cōmodato no-
bis miserat Theobaldus Fettichius Bono-
niensis gymnasij Medicinæ doctor, & idē
nostra ætate doctissimus) ita scriptum in-
uenimus: Cicinum oleum, siue Ricinum,
de Cataputia maiore, uulgo in irasoli Itali-
ce. Quod suspicionē mihi fecit, fotasse eum
esse fruticem qui Cataputiae grana pro-
fert, sed arborecentē, & a quibusdam pal-
mam Christi dictā, Germanice, Vundel-
baum. Sed interim & alijs quoq; diuinan-

C I

dum aliquid relinquamus.

Ciconiæ. Plinius libro. 10. capite. 23.

Cicum. Lege. Cytinus.

Cicures animantes. Lege, Cytinus. Sunt
autem domestici, & contrarij feris.

Cicuta, apud Dioscor. lib. 4. cap. 82.

Cicutaria, id est, Mirrhis apud Dioscoridē
libro. 4. capite. 117.

C I E

Ciere urinam, urinam propellere.

C I L

$\kappa\sigma\iota\lambda\iota\alpha\kappa\sigma\tau\omega$. Alius.

Cilia uocātur, quæ a palpebris prominent.

C I M

Cimbium, idem quod Sisymbrium.

Cima, est quidam caulium delicatior, tene-
riorq; caulinulus, Colum. lib. 11. cap. 3.

Cimices. Lege, $\kappa\sigma\pi\epsilon\iota\sigma\kappa\lambda\iota\iota\kappa\sigma\iota\sigma$.

Ciminus. De hoc lacu Vergilius, Cimini
cum monte lacum. Colum. lib. 8. cap. 16.

Cimolia terra, ab insula Cimolo, qua utun-
tur fullones in uestib. abluendis. Vulgus
nunc uocat, terram saponariam.

Cimolia terra quæ sit, require apud Dioco.
libro. 5. capite. 167.

C I N

Cincinalis, Enygron. Dioscor. li. 4. ca. 137.

Cinclus, avis palmipes, prope mare uitam
traducit: astutus, & captu difficilis, sed ca-
ptus omnium maxime mitescit. Aelianus,
Suidas, Plinius.

Cinerens color, a cinere.

Cinira, nomen est oleris, cui inditum uide-
tur nomen a cinere: quoniam huic herbæ
id genus stercoreationis est aptissimum. plura
uide in hortis Columel. Bapt. Colum. li-
bro. 11. capite. 3.

Cinis plumbi, Bleyesch.

Cinis Cyprius, id est, æs ustum.

$\kappa\iota\sigma\iota\sigma$, columella græce, siue uua, a similitu-
dine columnæ, quæ ex reumate oblōga sit.

$\kappa\iota\iota\omega\pi\iota\sigma\iota\sigma$, reptilium generale nomen.

Cinnabaris, Erythrodanum apud Dioco.
libro. 3. capite. 16.

Cinnamomum frutex duorum cubitorum alti-
tudine, amplissimus, palmiq; minimus. 4.
digitorum crassitudinis, statim a terra sex
digitis, surculosus, arido similis. Cum ui-
ret, non odoratus. Folio Origani: siccitate
gaudens, sterilior imbre, ceu diræ naturæ.
Gignitur in planis, sed densissimis in ue-
ribus, rubisque, difficilis collectu. Plura

C I

apud Plin. lib. 12. cap. 19. Theophr. lib. 9. cap. 45. Genera eius plura esse inquit Di scorides lib. 1. patrium sibi nomen uendicantia. Præfertur tamen Mosyllion, quod Casæ, cui Mosyliti nomè est, aliquā refert effigiem. Plura loco citato. Malumus em̄ hæc ex fontibus ipsis petas, & ne nos librū in immensum grauaremus. Barbari tamē Corollarium, quoniam rem fere omnem in compendio explicat, adscriptissimus. Cinnamomum in partes quinq̄ concidunt: præcipua bonitas tenuissimis ad longitudinē palmi, pauloue ampliorib. Secunda proximis breuiore mensura. Vilissimæ, quæ radicem antecedunt, quoniam ibi minimū certicis, in quo summa gratiæ; qua de cauſa præferuntur cacumina, ubi plurimus cortex. Ipse frutex duorū cubitorum altitudine amplissimus, palmiq̄ minimus. Quatuor digitorum crassitudinis. Statim a terra sex digitis, surculosus, arido similis. Cum uiret, nō odoratus. Folio Origani, siccitate gaudens. Sterilior imbre, ceu cōtraria cæteris natura. Gignitur quidē in planis, sed densissimis in uepribus, rubisq̄. Difficilis collectu. Verior sententia est, nasci in Aethiopia, Troglodytis cōnubio permixta. Non ut Herodotus, quo situ Liber pater educatus esset, ex inujs rupibus, auiumq; nidis peti, & priuatim Phœnicis. Necq; ut alij, in Arabia. Igitur mercantes illi a conterminis uehunc per maria uasta ratib. sine gubernaculo, sine remis ac uelis, sed hyberno per brumā, euris tum maxime flantib. Primus his portus Gebennitarū Ocila, siue Acila, ut Strabo, Ptolomæus Ocelis. Produntur uix quinto anno reuerti mercatores, & interire multos. Contra reuehunc uitrea, & ænea, uestes, fibulas, cum armillis ac monilibus. Ipsum lignum in fastilio est, propter Origani acrimoniam. Xylocinnamomū uocatur. Preciū in libras. 20. Quidam Cinnami (nam & Cinnamū dicitur) duo genera tradidere, candidius, nigricansq;. Et quondam præferebatur candidum. Nunc contra, nigrū cōmendatius, autore Plinio: atq; etiā uarium præferunt candido. Certissimo argumento, si sit scabrum, atq; ut inuicem tritū contumaciter frietur & inhorrescat. Improbatur molle in primis, aut cui albicat cortex. Ius eius a Gebennitarum Rege solo proficiuntur. Is

C I

edicto mercatu uendit. Precia quondam fuere in libras denariorū mille. Auctum id parte dimidia est, incensis (ut ferū) syluis ira barbarorū: aut etiā forte fortuna, quoniam austri tam ardentes ibi afflare solent, ut & statibus sylvas accendant Coronæ ueteribus siebant ex Cinnamomo, inter rasili auro inclusæ. Radicē eius magni ponderis aureæ pateræ impositam uidisse, Plinius meminit, ex qua guttae editæ, annis omnibus in grana durabantur. Pseudocinnamomum, Galenus Cinnamomidem quoq; appellari scribit.

Cinnamomum uerū hodie non haberi, tam manifestū ex Dioscor. descriptione lib. 1, ut illi nō possunt obsistere omnium nationum omnes, & Calechut mercatores.

Cinnamū in Syria gignitur, quod Carypon uocant. Hic est succus nuci expressus, multū a surculo ueri Cinnami differens, uicina tamen gratia. Plin. lib. 12. cap. 28. Cinnamomū quomodo crescat, & quid reuera sit, uide Theophr. lib. 9. cap. 3. 4. 5. 7. Cinnabaris, & eius usus, est apud Dioscor. libro. 5. capite. 100.

Cynomyron, unguentum Liliorum. Cinabrum, idem quod Minium.

CIPPUS, & columnam significat, & nomen uiri proprium est.

CIRCEA, a Circe dicta. Sunt qui in neutro genere Circæum legant apud Dioscor. li. 3. cap. 133. Plinium. lib. 27. cap. 8.

Circumitus febris quotidiane uocatur, qui 24. horis absoluitur.

Circuitus febris tertianæ, qui horis. 48. perficitur, hoc est, duobus diebus.

Circuitus febriculæ quartanæ, qui horis recurrit. 72. id est, de quarto in quartum.

Circumitus, Lege, Paroxysmus.

Circinare, scarificare, idem.

Circumlitones oculorū, ad nitorem & expositionē eius partis præparatū remedium: idem fere quod Græci καλιβάφα, uel honestandis palpebris utilia dicunt.

κιρσοκάλη, id est, ramex, cū uenæ intumescent intortæ, cōglomeratae ad superiorē partem, uel ipsum scrotū implent, uel medium tunicam, uel imam: interdum etiā sub ima tunica circa ipsum testiculum, neruumq; eius increscunt. Vel est eneruatio

S' magrande ualorum que
omniū imal, que refest nū
cavento, aut euadu ualorū
nū, & humoris ignavi collecti
Cris, scordimborus.
C 1 5 1
Cibiles, genus uini ei, in Ge
cen, quod saporem multiplicat
Cinn. Pyrus & Galen specie
de Gregorio Agricola mediu
biorum & argenteum. In
epipas Silesios, in Reichen
ille sit.
Cinnabos, Hickint apud Dio
capit. 24.
Cinaron, Hedera.
Cinn. Lege, xii. 10.
Cillon, Asclepias, Dioscor. li.
Cistophylon, Asclepias herba
scor. libro. 3. capite. 105.
Ciflos acorpos, Chamælæ
ridem lib. 4. cap. 127.
Ciflos, ramulos frunx, sed in
inquit Diosc. Foliosus, si in
prouenienti folijs communi pa
ris. Flos masculo utramque pa
bit. Vide Plin. lib. 14. cap. 1.
Ciflos, uel cinnabos. Ab C
Quid Ciflos hedera natus ei
genis frunex. Cernit de hoc l
ci Collimato, & Barbaroli.
Medicori, ad querū conser
timus lectorum, qui uenit
Tomo secundo Herbari
Ciflos, & Ciflos quomodo an
dum prelxie differunt Lenni
Herbari nostri Tomae
Cillon, Hedera apud Dioscor.

C 1 7
Cetus, medicus.
Cincophon, citatur ab Gale
lib. 10. Lege, xii. 10.
Cincatum, Chamælæ apud
Herr. 4. capite. 12.
Cintulus, Cucumer cirtinus
Cinnamomum. Lege, Mal
Cinnopus, secundum Man
aratus.
Cirrhota, Lege, Malum medi
Cirrigeum, preciosissimum
exornatio dum uentra, L

C I

& magnitudo uasorum quorundam, uel omnium simul, quae testes nutriunt. Vel est eneruatio, aut euulsio uasorum testes nutriet, & humoris ignavi collectio in scroto. Cirsos, scroti morbus.

C I S I

Cisibilites, genus uini est, in Galatia nascens, quod saporem mulsi praebet.

Cisum, Pyritis & Galenæ species quarta, teste Gregorio Agricola medico, ex quo cōficitur aurum & argentum. Inmensa eius copia apud Silesios, in Reichensteyn, ut ille ait.

Cissamethos, Helxine apud Dioscor. lib. 4. capite. 92.

Cissaron, Hædera.

κισσαρον. Lege. κισσωσ.

Cission, Asclepias, Dioscor. lib. 3. cap. 105.

Cissophyllum, Asclepias herba, apud Dioscor. libro. 3. capite. 105.

Cissos acorpos, Chamæcissos apud Dioscoridem lib. 4. cap. 127.

κισσωσ, ramosus frutex, sed inprocerus, ut inquit Dioscor. Foliosus, & in saxosis locis proueniens; folijs rotundis, acerbis, hirsutis. Flos masculo ut malii punici, foeminæ albet. Vide Plin. lib. 24. cap. 10. Vocant & κιθαρον και κισσαρον. Ab Cisto differt. Quod Cissus hedera natus est, Cistus sui generis frutex. Certat de hoc Leonicenus cū Collinutio, & Barbaro lib. de errorib. Medicorū, ad quorū cōmentarios remittimus lectorem; quæ item abunde per nos Tomo secundo Herbarij nostri citata.

Cissos, & Cistos quomodo differunt, admodum prolixè differuit Leonicenus; nos in Herbarij nostri Tomo secundo.

Cission, Hedera apud Dioscor. li. 2. ca. 199.

C I T

Citeius, medicus.

Citeciphon, citatur ab Gale, medici nomē.

κιθαρον. Lege. κισσωσ.

Citocatum, Chamælaea apud Dioscoridem libro. 4. capite. 182.

Citreolus, Cucumer citrinus.

Citrum pomum. Lege, Malus medica.

Citria poma, secundum Manardum poma arantia.

Citromela, Lege, Malus medica.

Citrum, lignum preciosissimum, quo lectos exornabant olim ueteres, Lege. Malus medica.

C L

Citta, affectio qua terram cupiunt edere mulieres; quæ circa tertium præcipue gestationis mēsem infestat: quod non possit, cū fœtus, utpote imbecillis, quicquid ad ute- rum alimenti ratione fertur, absumere: quapropter uaria in stomacho redundantia accumulantur. Vnde & uaria & absurda appetunt, ut carbones extinctos, creta, cimoliam, & alia permulta. Eam ob causam affectum hunc nominauerunt, aut ab animalis uarietate, aut quod sēpenumero hoc modo pica laborat.

κιττω, insuavis & uilis Cassia.

Cittampelos, Helxine apud Dioscoridem libro. 4. capite. 42.

Cittosus, uocatur uitium pestis, quando a- cini racemis defluunt.

C L A

Clauicula, Hedera ea quæ apud Dioscor.

Helix, tertia hederarum species.

Clauiculæ, uitium clavij.

Clavij inter ulcera sunt: quorū quidam morticini appellantur. Nascitur clavus non unq; alibi, sed maxime in pedibus, ut docet Cornelius Celsus. Clavo perijt Silius Italicus. Colum. lib. 6. cap. 14.

Clavus, genus ulceris, quod nonnunq; ali- bi, sed frequenter tamen in pedibus nasci- tur, doloremq; mouet ingredienti. Sunt & oculorum clavij, ut nominat Celsus, uide- licet callosa in albo oculi tubercula, a simi- litudine clavij nomine accæpto, q; ut clavij acerbissime pungat, lancingentq;. Estq; ro- tundum, atq; turbinatum, & callosum.

Clavus, tuberculum quod Græci dothie- nem, latine furunculum uocamus.

Clavus, morbus arboris quid sit, & quomo- do arboribus cōtrahatur, require ex Theo- phrasto lib. 4. cap. 16.

C L B

Clema, Polygonum, Dioscor. lib. 4. cap. 5.

Clematis, apud Dioscor. lib. 4. cap. 8.

Clematis, apud Pollucem Vitis.

Clematis Aegyptia, ea quæ uulgato nomi- ne Clematis apud Dioscor. lib. 4. ca. 8.

Clamatitis tertia species Aristolochiæ, de qua uide Dioscor. lib. 3. cap. 5.

Clematitis, Periclimenon apud Dioscoridem libro. 4. capite. 16.

Clemax, Iulio Polluci Vitis.

Cleonicon, Clinopodium apud Dioscoridē libro. 3. capite. 103.

C N

C N

Cnection, Maiorana, & Samsuchus, apud Dioscor. libro. 3. capite. 45.

κνήκιος. Lege Rhapsodiam Maioranæ.

Cnection. Vide Granum gnidium.

Cnestrion. Vide Granum gnidium.

κνήμιος, tibia.

κνήσμος, latine pruritus mali nomen. Fit autem ex corruptis, pítuitosis, & biliosis humoribus. Si senectuti contingit, uix curatur.

Cnicion, Trifolium, apud Dioscoridem libro. 3. capite. 121.

Cnice, Rubus apud Diosc. lib. 4. cap. 147.

Cnicos, Atractylis, apud Dioscoridem libro. 3. capite. 106.

Cnicus, Callitamus apud Dioscoridem li. 4. capite. 200.

Cnicus agraria, Anemone.

Cnide, Acalyphe, apud Dioscoridem lib. 4. capite. 54.

Cnidion Coccum, Chameleon niger, Di-

scorides libro. 3. cap. 10.

κνίδελαιος, oleum e grano Gnido.

κνικικόρηλαιος, oleum cnicinum.

κνάδαλα, marinæ beluæ: sic in Pindari &

Nicandri scholjs interpretantur. Vsurpa-

tur tamen & pro terrestribus reptilibus.

κνέμαστρατ, neruos uocant ab inguine de-

pendentes.

Cnopodium, Polygonum apud Dioscor. libro. 4. capite. 5.

C O E

Cœli, Terræ, Syderum, Cardinum cœli, Polorū, Signiferi, Aetheris, Tropicorum, Planetarumq; descriptiones, uide in Lexico nostro Astrologiæ.

κοιλιωτικά, id est, uentriflua medicamina:

κοιλία, uenter. Vide Cœliacus morbus.

Vocat & γαστῆρα, ex quo & ὑπογάστριον, pars sub umbilico ad pubem: quam etiam στροφού uocant. Vnde & Etridia frusta apud Comicos, & abdomen, & lactes.

κοιλίαν, passio in uentriculi parte affectus malus, sub quo indurescit uenter, dolorq; eius est. Eius species sunt duæ. Una Procoelion, quæ magnitudine fit, & abundancia ab animantibus quæ protuberanti sunt uentre. Altera, ex defectu ἐλιποι oritur; Proinde Sphecodes appellatur, uel Sphecoïdes, tralatione ab uespis producta. Dicitur & Lagaros, ab inanitate. Cuius ex-

C O

emplum extat Iliad. 6. **καπαγυμάστας μέν**
νεοσ ἀλητος τεθάλωματι.

Cœliaci, a Cœlia, id est, uentriculo stoma-
chi uocantur: q; morb. is atq; dolor, in ipsi-
us uentriculi parte cōsistat, quæ πυλωρός
Græce nominatur. Vnde medicamenta
quædam huic uitio contraria, Cœliaca di-
cuntur.

κοιλώματα, concava ulcera quæcunq; ro-
tunda, & concava, unius latiora. Circa irim
oculorum fiunt. Sunt autem in oculis uiax
ex èodem ulcerum genere.

κοιλίαρη μαλαστειη, uentrem mollire.

κοιλίαστρον μέν, uentris fluxus.

κοίρσος, medicorum uox, qua varices signi-
ficant, interdum toto corpore se dilatates.
Lege. Varices.

C O A

Coa, prisci appellabant os uentriculi. Gale,
libro. 4. Aphor. aph. 17.

Coacon, emplastrum nigrum. Quamq; le-
gendū suspicatur Cæsareus Choacon, aue
Chiacum: ut apud Georgium Vallam de
cura Oculi. Nisi malis Coacō, q; inter Hip-
pocratis opera liber habetur, qui inscribi-
tur, de Coacis prænotionibus; unde nomē
deductum uideri potest. Vide Celsum li-
bro. 5. capite. 19.

Coactio in animalib; passionis est nomen
ex qua ægritudinū diversa genera nascun-
tur. Ideo sic appellata, q; ab iniuria, uel la-
bore, uel excoactione contingat.

Coadiutrix caussa. Lege. Causarū alia, &c.

C O B

Cobios, Tithymalus apud Diosc. li. 4. c. 169
κάβιος, piscis.

C O C

Cocalia, Lege. Cochlea.

Cochlax, Lege. Cochlea.

Cochlea. De hac in hanc ferme sententiam
Hermol. Barbarus. Cochleam, & Lima-
cem, Græci Cochliam & Cochlion appell-
ant. Nam Cochlos, & Cochlax marinos
calculos significat. Est & Cochlos apud
Aristotelem, animal testaceum, & aliud q;
Limaces, a Theodoro dictū Umbilicus.
Hoc & Cochlion est, ubi Aristoteles ap-
pellet, sicut limacem quoq; Cochlon. No-
bilitas præcipua Solitanis. A patria item
Balearicis quas in speluncis nascentes Ca-
uaticas nominant. Aphricanis duplex ge-
nus, nudarum, tectorumq; quibus magna

C O

Fœcunditas. Sicut Illyricis amplitudo. Nā & Siculæ cōmendantur q̄diū parue sunt. quia magnitudo duras facit, aufertq; succū. **Laudantur & Caprearum insulis.** Saliua Cochlearum, quæ punctis, acu, uel stylo carnibus manat, a Græcis, ut Galenus inquit, myxa dicitur, hoc est, mucosus lētor, siue mucor, mucosue. Limacem Teucer ad exemplum quæstionis ludicræ ita finit. Animal sine pedibus, sine spinis, sine ossibus, crustatum, oculos nunc exerens, nūc retrahens. Cicero Terrigenam, Herbigradam, Domiportam, Sanguinecassam. Inuenio Limacis genus Cocaliam ab Aristotele uocari, & aliud Abrotонem. Quanq; sunt qui Locustā putent. Item qui apem, alij qui piratam in eo uocabulo intelligāt. Strabo lib. 13. Cochleas prædicat Linusias, ab agro, cui nomen Lino est, iuxta Pityuntē, medio inter Parianam, Coloniam, & Priapum spacio. **Cochlea** notum animal. Plin. lib. 8, cap. 39. **Cochlear linusiae.** lege. **Cochlea.** **Cochlear oculis carent**, ideoque corniculis prætentant iter. Plin. lib. 9, cap. 30. **Cochlear arborū** quæ sint, require ex Theophrasto lib. 4, cap. 16. **κοχλίας χερσαῖος.** Lege. **Cochlea.** **Cochlion.** Lege. **Cochlea.** **Cochlos.** Lege. **Cochlea.** **Coccali,** nuclei Pinei, secundum Gale. Sunt qui Coccignidij grana Coccoles quoque uocent. **Coccalus,** Pinearum nucleus. **κοκκὸς,** uide, **πυρηνᾶς.** **Coccinus color.** Lege. **Ruber.** **Coccus,** a Theophrasto accipitur pro Tithymalo paralio, cuius meminit Dioscor. libro. 4, capite. 171. **Cocula,** uasa ænea, coctionibus apta. **Coccum,** rubens granum. **Coccum** quo infectores utuntur, frutex parvus, cui grana ceu lentes adhēret, quæ elesta congeruntur, Dioscor. lib. 4, cap. 51. **Coccus Baphica,** id est, Granum tinctorū, de quo uide Dioscor. lib. 4, cap. 51. Theophr. lib. 3. Plin. lib. 24, cap. 4. **Coccum gnidium,** Chamelæa apud Dioscoridem lib. 4, cap. 182. **Coccyx,** ex accipitre uidetur fieri, tempore anni figuram mutans, quoniam tunc non apparent reliqui, nisi perq; paucis diebus,

C O

Mutat & uocem. Procedit uere: & semper parit in alienis nidis. Plin. lib. 10, ca. 9. **Coccyx,** pars ex lateribus sacri ossis, apud Gale, lib. 2. **Anatomia.**

C O D

Codiae, Papauerum summa capita. **διά κωδεῖων,** de papauere confectio, uel papauerinus loquor.

Codex, arboris robur.

Codymalon, & **Cydiomalum,** Cotoneum malum uocari quidam scripserunt. Verū Palemon floris esse genus existimat.

C O E

Coete, Cicuta apud Dioscor. lib. 4, ca. 9.

C O H O

Cohortalis est auis. In uilla cohors est, ex dicta, quod circa eum locum pecus coheretur. Autor M. Varro. Inde aues dictæ **Cohortes**, quæ intra cohortem uillaticam continentur: quales potissimum sunt gallinæ. Ouidius. Abstulerat multas illa cohortis aues. Apud Marcialem per contractionem dictionis scriptum est, Rauce cortis aues, & oura matrum. Item, Accipe cortis aues. Vide **Colum.** lib. 6, cap. 2.

Cohortales gallinæ, quæ in corto domi a iuntur.

Cohortes, inter alia etiam uillarū intra maceriem spacia sunt.

C O I

Coitus. Ad Coitum quidam sunt impotentes, nisi plagis, & uirgarum conuerberationibus inmodice cædantur. De quo uide memorabile exemplum apud Celsium antiquarum lectionum lib. 6, cap. 37. Quin & hodie apud Monacum Bauariae quendam superstitione adhuc agere Wolfgangus Steirmeyster Francofordianus doctus, & bene existimatus ciuiis, nobis retulit, qui cum uxore sua rem habere non potest, nisi acriter antea cæsus. Tantam esse natum densitatem, ut uix multis uerberibus illi queat sanguis elicī.

Coeant. Coagulentur, ut unitas fiat. **Columella** lib. 12, cap. 21.

C O L A

Cola, uasa, siue instrumenta ad colandum uinum defæcandumq; accommodata, a colando nominata: de quib. Vergilius. Colaq; prælorum fumosis deripe tecis. Villicus, ut inquit Cato, habere debet Cola tria: **Cola,** quis florem demat tria. **Colu.** lib. 11, ca. 1.

C O

Colabotis. Lege, Cepe.

C O L C

Colchicum, Hermodactylorum generis, apud Dioscor. lib. 4. cap. 7.

Colchicum, Ephemerum uenenum, apud Paulum lib. 5. cap. 48.

C O L E

Colei, ab eruditis dicuntur testes, atq; item Ianunini, & cliternini, ut est in Ciceronis Epistola ad Poetum. Propertius: Cantabant surdo, nudabant pectora cęco Lanunij portas, hei mihi, solus eram.

Coles. Vide, Penis.

Coleus. Vide, Lanunini.

C O L I

Coliculus, Cauliculus est apud Col. l. 11. c. 2. Colica, quid re uera sit, et ex quibus originē ducat, tum de differentia inter Colicam, et passionem Calculosam, uide doctrinā quedam apud Galen. lib. de locis affectis.

κολικὴ διάθεσις, Colica affectio.

Colici, a colo, prima breui. Est aut Colon in testinū laxius. Vnde uerbū κολέσθετος, pro eo quod est torqueri, cruciaribz. Is morbus & Chordios, et Chordapsos quoq; dici solet, itemq; Ileos, sed Diocli tantū Carystio. Cæteris uero Ileos proprie is est, per quē dolores in intestino graciliori sentiuntur. Plin. lib. 26. cap. 1.

κολικόν, medicamentum morbi, qui in pleniore intestino, siue cæco, innascitur, cuius inuentor Cassius fuit. Eius descriptionem lege apud Celsum lib. 4. cap. 14.

Colix, panis, quem subcinericum dicunt.

C O L O

Coloboma, mutilatio est membra in parte aliqua corporis.

Colobomata uocant, ut inquit Galenus. 14. Method. quæ in labijs, aut naribus, aut auræ deficiunt. Atq; inibi de eorum curatione, uide plura.

κολοκασία. Lege, Colocasium.

Collocassion, Cypriorum lingua, Arum.

Colocasium, idem quod Aegyptiaca faba.

De Colocasijs lege Strabonem libro. 17.

Herm. Barb. placet magis pro Radice interpretari. Lege, Faba Aegyptiaca.

κολοκυνθα, Cucurbita. Lege, Cucurbita.

Colocyntha Alexandrina, apud Dioscoridem Coloquintida, libro. 4. capite. 188.

Colocyntha, eadem quæ & Colocynthis, & sylvestris Cucurbita, Dio. lib. 4. ca. 188.

C O

Colocynthis, est Cucurbita sylvestris, apud Dioscor. lib. 4. cap. 188.

Colomestrū, Aconiti species altera, apud Dioscor. lib. 4. cap. 51.

Colon, Plinius parte infima cōstituit, quod latine uocatur lle.

κῶλοψ, morbi genus in intestino eius nominis. Plinius lib. 26. cap. 1. Serenus. Cum Colō inuisum morbi genus intima carpit. κῶλὸψ manus, quod in meditullio est, thenaris, hypothenaris pectoris, id est, cavitas appellatur. Alij Cotylon dixerunt.

Colophon, Scammonia, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 182.

Colophonion, item Scammonia, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 182.

Colophonium. Lege, Pix sicca.

Colorum diuersa genera, nomina, & rationes, uide apud Vitruvium lib. 7. cap. 7. 9. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

Color uarius propriæ dicitur, ex quo uestis uaria discolor est, diuersisq; coloribus consuta, Diuisam nunc oēs uocant. Et equus uarius non totus, uel candidus, uel niger, sed his, alijsue coloribus distinctus; sic & cœlum uarium, cuius partes serenæ interlucent, partes nubile tristantur. Atq; alijs sepe pro alio, si inter eos affinitas est, Color usurpat Poetæ, ut lumen Mincruæ Flauum dixit Vergilius, pro Glauco, quo uenustatē quoq; esse in oculis Deę ostenderet: quemadmodū amictū Tiberis, cuius aquā alibi Flauā appellauit. Glaucū idem esse cecinit, est em inter hos colores similitudo, & quasi uicinitas, sicut iam dictū est. Albus pro Pallido, ac Ceruleus pro subutridi poetice ponitur, proq; etiā Subnigro. multiq; præterea inuicē cedunt. Ex omnib. uero maxime contrarij sunt Albus, & Niger: quare nihil eque apparet, atq; in albæ papyro atramentum. Vt ebantur ueteres, quod nunc etiā seruatur, cū libroruū titulos notarent, colore Puniceo: in honorē, memoriāq; Phœnicū, quos literarū tradurunt fuisse inuētores. Sunt etiā e Coloribus aliæ qui incerti, qui intuentiū oculos fallunt, ut est cceli nitor: quod cū tenebrosum quidā autument, illustratū radījs solaribus, Cyanum uidetur: ut Iris, ut quas suspicimus nubes nonnunq; ignescere, ut mare ipsum, quod præter Ceruleū, modo Attrū horret, modo uirescit, interdum etiam Flauum,

C O

ravumq; se ostēdit, aut specie quadam purpurascit uiolacea. Non idem quoq; decor in collo cernitur columbae, & pauonis: unde aues sāpe dicuntur uersicolores, quale est Serici genus satis notum, quod e diuersis partibus spectanti non eundem offert Coloris leporem. Discolor autem, nō modo pro uario sumitur, sed si quid eundem colorem uelut radios quosdam diffundit. ut, Discolor, unde auri per ramos aura resulst. At Decolor is dicitur, ex cuius ore color defluxit, & exanguis relictus est: atq; idcirco pro deformati capitur & nigro: ut decolor Indus, nam concolorem eiusdē esse coloris, nemo ignorat.

Colores, & eorum rationē longe aliter Sophistae & Barbari, aliter longe ueteres & probati autores edisserunt. Quæ igitur ex Gellio super his explorata sunt, queq; et ille ex ueteribus obseruauit, lib. 2. cap. 26. sic refert. Plura, inquit, sunt Phauorinus in sensibus oculorum, quam in uerbis, uocibusq; colorum discrimina. Nam ut alias eorum cōcinnitates omittamus, simplices ēsti, Rufi & Virides colores, singula quidem uocabula, multas autem species differentes habent. Atq; eam uocum inopiam in lingua magis latina uideo, quam grēca: quippe qua Rufus color a rubore quidem appellatus est. Sed cū aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum, aliter crocus, has singulas Rufi uarietates, latina oratio singulis, proprijsq; uocabulis non demonstrat, omnianq; ista significat una Ruboris appellatione: cum tamē ex ipsis rebus uocabula colorum mutuētur, & Igneum aliquid dicit, & Flammeum, & Sanguineū, & Croceum, & Ostrinum, et Aureū. Rufus enim color, & Ruber nihil a uocabulo Rufi differunt, necq; proprietates eius oēs declarat. ξανθὸς γὰς καὶ πυρέος, καὶ ἐρυθρός, καὶ φοινικῶς scilicet, habere quasdā distan- tias coloris Rufi uidentur, uel augētes eū, uel remittentes, uel mista quadam specie temperātes. Tum Fronto ad Phauorinū. Nō inficias, inquit, imus, quin lingua grēca, quā tu uidere legisse, prolixior, fusiorq; sit, q̄ nostra. Sed in ijs tñ colorib; quib; modo dixisti, designandis, nō perinde inopes sumus, ut tibi uidemur. Non enim hęc sunt sola uocabula Rufum colorē demonstrātia, que tu modo dixisti, Rufus, & Ru-

C O

ber, sed alia quoq; habemus plura, q̄ dicta abs te Græcasunt. Fuluus em, & Flavus, & Rubidus, & Phœniceus, & Rutillus, & Luteus, & Spadix, appellationes sunt Rifi coloris, aut acuentes eū, quasi incidentes, aut cū colore uiridi miscentes, aut nigro infuscantes, aut uirenti sensim albo illuminantes. Nam Phœniceus, quē tu grēce φοίνικα dixisti, noster est: & Rutillus, & Spadix Phœnicei συνώνυμα, quia catus grēce, nostra est, exuberantia, splendoremq; significat Ruboris: quales sunt fructus palmæ arboris, non admodū sole incocti, unde Spadicis & Phœnicei nomē est. Spadica enim Dorici uocant auulsum & palma termitem cū fructu. Fuluus autē uidetur de Rufo atq; Viridi mixtus, in alijs plus Viridis, in alijs plus Rufi habere. Sic Poeta uerborū diligentissimus, fuluā aquila dicit: et iaspide, fuluos galeros, et fuluum aurū, & arenam fuluam, & fuluū leonem. Sicq; Ennius in Añalibus fuluo ēre dixit. Flauus contra uidetur ex Viridi, & Rufo, & Albo cōcretus. Sic flauentes comē: & quod mirari quosdā uideo, frondes olearū e Vergilio dicuntur flauæ. Sic multo ante Paciuus aquam flauam dixit, & flauum puluerem. Rubidus autē est Rufus atrore & nigrore multo mixtus. Lutens cōtra, Rufus color est dilucidior: unde eius quoq; nomen esse factū uidetur. Non ergo, inquit, mi Phauorine, species Rufi coloris plures apud Græcos, q̄ apud nos nominantur. Sed ne Viridis quidem color pluribus ab illis, quam a nobis uocabulis dicitur. Necq; non potuit Vergilius colorē equi significare Viridem, uolens Cæruleum magis dicere equum, quam Glau- cum, sed maluit uerbo uti notiore grēco, quam in usitato latino. &c.

Ad hęc Colores bifariam diuidūtur. Nam Austeri uocabantur reliqui omnes, præter Minium, Purpurissum, Cinnabarim, Armenium, Chrysocollam, Indicū: quos floridos dixerunt. Sed hęc pictores uident, quibus olim in usu tantum erat Melinus color. Candidus, Silaceus, qui inter Cæruleos nominatur, Sinopis genus rubrica, & Atramentum. Quidam etiā Sua- ues dicti sunt, ut Flauus, Purpureus, Can- didus, in primis Roseus. Humanis autem oculis nihil uenusti hominis colore sua-

C O

uius uidetur. Inesse uero coloribus suavitatem, præterquam quod sensus ipsi iudicant, egregij Latinitatis autores ostendunt, M. Cicero, & Vergilius Maro: quorū alter suauē hominis Colorē dixit: ab altero, Suaue rubens Hyacinthus, uocatus est. Alij tristes sunt, & lugubres, uelut Atrū esse diximus, Pullum, Ferrugineum, & Cærulei speciem. Quin ut uidetur, sicsor didi etiam aliqui dicti sunt, ut Suasus, & Impluviatus: ijs enim rei ut misericordiam apud Iudices captarent, se deturpabāt. Talem quoq; fuisse uestitum Charontis ostendit, cum inquit Vergilius: Sordidus ex humeris nodo pendebat amictus.

Iam uero Colores partim nominati sunt a locis, ut: Punicus, Tyrius: idemq; Saranus. Purpurei sunt hi: Indicus, Sinopis, Melinus, Hispanus, Bæticus, Mutinensis, de quibus alibi dictū est. Colassinus, a Colosso urbe in Troade, ubi lana inficitur, folum referens Cyclamini, quod tum Rāpum, tum terræ Malum, ac Tuber uocatur, a nobis Cōsentinis Terrigena: fulget flos ille inter candorem & purpuram. Partim a metallis nuncupati sunt, ut Plumbeus, Ferruginens, Argēteus, Aureus. Sed a plantis quoq; nomen accepérūt complures, ut præter Phœnicium, id est, Palmeum, ac Xerampelinū, Buxeus est, qui pro Pallido sumitur: pallet enim præ cæteris Buxea materia. Roseus præterea Hyacinthinus, in quo purpura lucet subnigra. Hysginus, ab Hysge herba, Coccinus, & utriq; similis Sandycinus. Violaceus, qui & Ianthinus, ex qno Tyrianthinus, e purpura, ut nomen indicat, factus & uiola. Additur his Croceus. Vnde Crocotula, uestis genus: ut a Caltha Calthula, a Byssolini genere tenuissimo Byssina: erantq; hæ omnes luteæ, sed Byssina pene ut aurū fulgebat. Fuit in usu uestis a Citrisimilitudine, Citrosa dicta. Et quædā coloris candidi. Papauerata a Lucilio Satyrico, cum eam ut probrum, Torquato obiecisset, non minata. Inuenitur quoq; Galbina uestis alba, a Galbano. A Maluæ item flosculo, color est Molochinus, ut a Punicæ etiam flore Balaustinus. Virentis quoq; Porri folia nomen ex se, ut iam diximus, fecerūt Prasinum. Multi præterea ab animalibus uocati sunt, ut Ceruinus, Murinus. Atq;

C O

hi colores sunt in equo notissimi. Mustelinus, de quo Terentius, Istericus, qui Regio morbo laborat, a colore Galguli, quā Græci auem Isteron dicūt, Luteus est hic admodum. Cygneus, idemq; latine Olorinus, id est, Candidus: ut contra Coracinus niger. Adscribuntur & his Ostrinus, Conchyliatus, Muriceus, Purpureus, ab Hercule, ut fabulantur, primum inuentus. A rebus deniq; diuersis nonnulli colores dicti sunt: ut Igneus, Flammeus. Sicorbis, nitorq; Solis ab Attio & Catullo appellatus est. Quare color Solis, & quia ita apparet, & ex illorū autoritate Flammeus proprie potest uocari. A cœlo Cæruleus est: Marinus, & Thalassinus a mari: ab unda Cymatilis, & Cimatius: idemq; est in ijs omnibus color. Quinetiam ab arcu pluviarum nuncio, Arquatus est nominatus. Halinus, qui & Vitreus, Niueus, Marmoreus, Lacteus, Eburneus: quo dictus fuit cognomento propter candorē corporis Fabius quidam. Amethystinus præterea, ex quo Tyriamethystus in usu fuit olim. Sandaracinus, Flammeus est is: quibus etiam Impluviatus, Sanguineus, atq; Herbidus adduntur. Cereus item, Piceus, Cinereus, ut Cardui genus esculenti a colore, Cinarauocatum. A spumis quoq; & maculis Spumeus est, & Maculosus. Atq; ij equorum sunt etiam colores, ut a guttis Guttatus. Cuiusmodi preter equos, canes uidentur nonnulli Sagaces, quos a muscarum similitudine Muscatos dicunt, uelut equos. Scutulatus, a scutulis: quem ab exiguo pomorum specie, Pomulatu uocant. Equisones, & si orbes sunt latiusculi, Rotatum. Videtur ad extremum natura amare Cœruleum, eo enim, ut initio diximus, mare collustrauit, ac cœlum ipsum, quod nunq; stellis fulgētibus ornasset, nisi eadē quoq; Fuluo maxime delectaretur. Sed quia uicissim uidemus terram, aut uiriditate uestiri, aut eo ornatu spoliatā, Pullam esse, aut etiam candore niueo conegi, uiridē, pullum, atq; album naturæ gratū esse, nemo potest dubitare. Nigra insuper est nox, nigris sunt Indi, atq; Aethyopes. Gaudet igitur rerum mater colore nigro, quam a rubro nihil abhorrere, hominum, ac cæterarum animantium sanguine facile declarat. Autor Thyles, Consentin, de Coloribus.

C O

κώλων, & **κώλυμα**, coxa cum crure. Item Podex. Vide Pedem.

Colossinus color, a Colosso urbe in Troade, ubi lana inficitur, florem referens Cyclamini: quod tū Rapum, tum terre Malum, ac Tuber uocatum, a nobis Cosentinis Terrigena. Fulget flos ille inter candorem & purpuram.

Colostra, siue Colostrū, prima a partu spongiosa densitas lactis. Theodorus pro coitu lactis cuiusq; accipit. Colostrī Martialis Poeta meminit, & Plautus in Penulo: Mea, inquit Colostra, meū cor, meus molliculus caseus. Vel,

Colostrum neutro, & Colostra fœminino genere nil aliud est, quam spongiosa densitas lactis a partu. Plinius. Ex primo semper lacte a partu Colostra fiunt. Hinc Colostrati infantes dicti, quibus perniciosum fuit gustasse id lac. Plautus: Mea Colostra, meus molliculus caseus. Epigramma tista: De primo matrū lacte Colostra damus. Columel. lib. 7. cap. 3.

Colostratio, genus morbi. Et infantes Colostrati uocantur, densato lacte in casei speciem pasti. Ex proximo semper a partu Colostræ fiūt, quæ, nisi admisceatur aqua, densantur in pumicem.

C O L P

κόλπος, id est, sinus, aut astōma, portio mammilarum, quæ lac continet.

C O L V

Coluber serpens, quando bībiturus est, prius uenenum ejicit, ne suum ipsius sorbendo exhauriat. Aelianus.

Columba, Lithospermon apud Dioscoridem lib. 3. cap. 159.

Columbarium uulgo uocant stabulum Columbarum, ipsum edificium, & locum Columbis alendis accommodatum: & ita Palladius quoq; appellat. Verū Columella, & M. Varro Columbaria capiunt pro nidis, & loculamentis, & cellis, in quibus singula paria fœtificant. M. Varro sic refert. Columbaria singula esse oportet, ut os habeant, qua introire, & exire possint.

Columbarius, dicitur custos, & pastor Columbarum. Columel. lib. 8. cap. 8.

Columbæ. Plin. lib. 10. cap. 34.

Columella, gutturis uulua.

Columellæ curatio apud Gal. 14. Method.

Colus Iouis, Polycnemon. Dio. li. 3. ca. 107.

C O

Colus rustica, herba Atractylis, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 106.

Colimorbus, siue affectus, est dispositio diuturna in uentre, per interualla dolores intolerabiles exercens, cū spirandi difficultate, & sudore, & frigiditate.

Coluthra, maturæ ficus.

C O L Y

κολύβη δ' evdīgē, decurtatae breuitatis abores.

κολυθὴ Græci uocant, quæ truncata sunt, & summas amiserunt partes.

Colymbadas. Plinius in. 15. Colymbades franguntur, eodemq; herbarum uiridium sapore condunt. Colum. lib. 12. cap. 16.

κολυμβάδες ideo uocantur oliuæ quedam, quoniā oleo suo pure, hoc est, sine accessione, commendatione innatant, & quasi urinabundæ fluitant. Condite & false oliuæ, quæ communiore et certiore appellatione, Halmades itidem dicebantur. Hæ nomen a sale inuenierunt. Hales enim Græci salem dicunt. Illæ ab eo, quod in conditura sua maturent, sic appellate fuerunt. **κολυμβητὴ** enim urinare est. Dico autem urinare, in natando sub aqua esse: & **κολυμβητὴ** pīscinam Græci uocant. Qua ratione aquaticas, & urinates aves, quales anseres, & anates sunt, Colymbadas itidem Græci dixerunt. De conditura uero ipsa oliuarum vide plura apud Plin. lib. 15. cap. 3. Pallad. lib. 13. cap. 20. Colum. lib. 13. cap. 47.

κολυμβητὴ. Vide, Colymbades.

C O L L

Collectiones, id est, inflammations.

κολλητικόν, conglutinatum.

Colliquias deriuemus. Videtur legēdum, in Collicias. Sunt aut̄ Collicie, siue Colliquiæ sulci maiores, amplioresq; & quasi loculamenta, quibus humor agrorū noxius ex minoribus sulcis deriuatur extra segetes. Vitruvius appellat Colluuiaria, oī colluuii, & purgamentorū receptacula. Plinius meminit Colliciarum his uerbis. In usu est & collicias interponere, si ita locus poscat, ampliore sulco, quæ in fossas a quam ducant. In Plinianis codicibus forte omnibus legitur Collectritas. Verū siue Colliquias, siue Collicias, siue Collectritas legere libet, haud equidem in magno ponam discriminē, dummodo nouerimus uocabulum hoc ab humore colligēdo, uel

C O

eliquando esse deductum. Fiunt autem in agris huiuscmodi Collicie, ad colligendas aquas, atq; educendas extra segetes: sicuti quoq; sunt Elices, sulci aquarij ab elicienda aqua nominati. Cato cloacale flumē dixit, pro colluuie cloacarā. M. Varro Collicias signari uidetur, cū ait: Sulcāt in fossas, quo pluialis aqua dilabatur. Colum. li. 2. ca. 8. Colliquatio uocatur, cū per uentrem quidam excernitur, quod nō ab accepto cibo, aut potu prodit, sed ab humorib. ex corpore in uentre defluentibus: assimilaturq; ei, que tū per uomirū reiicitur, tū inferne procedit, flauē bili: differt aut ab ea, tū graueo lenta, tū q; flauius quodāmodo excremen tū apparet, strigmenticiāq; crassitudinē habet, aliquā uero oleosum & adiposum existit. Aeti. ser. 9. c. 38. Vocatur & Syntaxis. Collubia, & Collubiæ sunt, quæ hodie Tragemata, & Bellaria etiam uocant, Ciceris frīxi, uuarumq; passarum uilia muscula, ut Hieronymus interpretatur.

Collucare ueteres dicebant, cum prophane sylua rami deciderētur, officiētes lumini. Colluuies cortis, Vogelsdreck.

Nec arborem Collucare. Tria sunt prisco rum uerba ab eodē fonte deriuata: Collucare, Sublucare, Interlucare, quæ hoc discernicolo disparantur. Collucare, est arbores syluę officiētes lumini succidere, & succisis arborib. locū luce complere. Sublucare minus est q; Collucare: significat enim ramos arborū supputare, & ueluti subtus lumen immittere. Docet M. Cato, quemadmodū Romano more lucū Collucare oporteat. Interlucare uero est, in arboribus frugiferis per interualia deputare ramos in densitate ramorū, qui sunt superuacui. Vnde nata Interlucatio est, cui in uitib; consimilis est pampinatio. Plinius. Interlucatio arboris prodest, sed omnium anno rū trucidatio inutilissima est. Col. li. 2. c. 22. Colluere os, est retentū in ore humorem aliquem identidem circumagere, ut ea ratione medicinam contactu faciat.

Collum uocatur, quod inter pectus et faciē: cuius prior pars guttur, posterior gula, pars posterior extima ceruix. Aristot. li. 1. de Natura animalium cap. 12.

Colli expertia, gulam manifestam non habent: sed nec habere necesse.

Collum anterius, Græci de iphū uocat. Inde

C O

& similitudine quadā in angustū desinens prominētia, superciliumque, dicitur Dire. Collyra, minutū panes, qui pueris dabātur. Collyria ani, alias glandes, & suppositoria. Collyria. Attende Collyria dici non solum medicamenta oculorū, sed aliarū quoq; rerum. Item Corn. Cels. Collyria ponit pro medicamentis fistularū, docēs quo modo fieri debet Collyrium ad fistulas curādas. Scribit Suidas κολυρία, id est, Collyria esse pharmaca iatrica, id est, medicinalia. Idem docet panes quosdam quasi mītilos eodem nomine appellari. Columel. lib. 6. cap. 6. Lege, Buccina. Collyriū, est puluis subtilissimus, incorporeus cū aliquo liquore in forma liquida.

C O M

Comacum quid sit, uide apud Theophrastū libro. 9. cap. 7.

κῶμαι, grauedo quēdam est, uel sors, uel fatum mentis: pro somno accipitur, uel ad somnū propēsione. Sic Nicandri interpres. κόμαι, latine Vnedo. Lege, Vnedo. Comas, cerui hinnulus.

Combustibilia sunt, quęcūq; meatis habēt huiusmodi, ut ignem introrsus admittant: atq; in hisce meatib; qui per rectū dispositi sunt, minus ualentem quā ignem, continent humorem. 4. Meteo.

Comes Andreas, medicus, allegatur ab Aetio lib. 10. cap. 5.

Cometes, Characias, Tithymalus, apud Dioscōridem lib. 4. cap. 168.

Commeatus apum, itiones, & reditones, a commeando. Colum. lib. 9. cap. 3.

Composita Philonia, medicamina ex uariis rebus composita, cuiusmodi miscere solitus fuit Philon. Philonicę cuiusdā mixtrat meminit Celsus lib. 6. cap. 6.

Comphena, Lege, Symphoniacā.

Complexiones, temperamenta, uel temperaturae humorum & qualitatum sunt. Sic enim Græci uocant.

Compluuiata uitis dicitur apud Varronē, a cauis ædium compluuijs.

Compressus nasus uocatur, qui gracilens in summitate existit. De cuius indicijs lege Cōment. Gal. in Hipp. Prognost. li. 1. c. 10.

Comidrijs, Psylliū lingua Siculorū, apud Dioscor. lib. 4. cap. 73.

Commissura, Lege, Offa duobus modis composita,

C O

Commemoratiū signum est (ut Empiri ciāiunt) rei apparens & cognita, ex obser uatiōe cōducēs ad recordationē nota rei.

C O N

Concaussa est, quæ cū altera æqualem effectum facit. Coadiutrix caussa est, quæ sua uirtute morbum efficere non potest, alterius autē auxilio potest. Manifestæ caussæ, quæcūq; ex seipsis deprehenduntur, & aliquem effectum operantur & demonstrat. Aliter sic: Manifestæ caussæ, quæ per se apparent, & suum effectū ostendunt. Non manifestæ caussæ sunt, quæcūq; minime ex seipsis deprehenduntur. Obscuræ caussæ, quæ neq; ex se, neq; ex alijs cōprehenduntur. Obscuræ ad tempus, quæcūq; detectæ ex seipsis apparent: & cū corporibus nostris insunt, per signa cognoscuntur. Vel sic: Obscuræ ad tempus sunt, quæ aliquan diu incognite sunt, sed rursus sub sensum cadere possunt. Lege, Caussarum alia.

Conceptio, uel im pregnatio quare sicut uocata primitus sit, Galenus lib. 1. de Semine sic differit: Mihi uidetur, inquit, id ipsum uerbum, Concipere, quod Græci συλλαμβάνειν τὸ σωτηρία dicunt: adeoq; nomen hoc, conceptio, quod σύλληψις ipsi uocat, inde a mulieribus esse impositum. Etenim motum quendam se percipere dixerunt in utero, qui ueluti cōtraheretur, et paulatim in se se coiret, ubi semen non conceperint.

Conceptionis caussa est, moderata locoru caliditas, necnon recens menstruoru purgatio, & appetitus libidinis. Cū enim hæc non concurrunt, semen non continetur.

Conceptus impeditur, cū bis concipit mulier a duobus. Nota exemplum de Hercule, & Iphiclo, apud Solinū de Mirab. ca. 1.

Conceptus fœminæ, uultum pregnantis inficit pallore. Solinus. cap. 4.

Conchæ uisu carent, omniq; sensu alio, quā cibi & periculi. Plin. lib. 9. cap. 30.

Conchis, sic olim appellabatur faba cū suis corticibus elixa, ad discrīmen fresæ: nam Conchis aliud esitij genus est.

Conchos, apud Lycophrontē Caluaria est, Conchyliatus color, a Conchylis.

Concoctio, est succi maturatio, in uentre & intestinis, per transmutationem in distributionem effecto. Aliter. Concoctio est operatio, & cōfectio nutrimenti per transmutationem atq; alterationem in uentre,

C O

& intestinis. Vel: Concoctio est alteratio parata ad sanguificationē, quæ quidem fit a natura per calorem. Has autem Concoctiones alimēti a naturali & ingenito calore fieri, afferit Hippocrates. Erasistratus autem ab attritione, cibi bonitate, concusione, atq; uentris agitatione, ac acquisitione, siue aduenticij spiritus proprietate. Empedocles autem has fieri ex putrefactione, autor est. Nonnulli uero afferunt fieri ex crudis & indigestis humoribus distributionem: quemadmodum Bitinus Asclepiades: qui & ipse exercitationem quinq; seu suum animam esse pronunciauit.

Concoctio, est iuxta qualitatem permutatio, quæ nutritre potest. Contingit a uentre sibi ipsi cibos assimilante. Aetius sermone 9. cap. 23.

Concoctio, perfectio est, quæ a naturali, proprioq; calore ex oppositis fit passiuis, quæ sua cuiq; materies existunt. Aristoteles libro. 4. Meteo.

Concolor, eiusdem coloris dicitur.

Concordialis, Argemone.

Concuti cerebrum dicitur, propter aliquē casum uiolentū, ex locis altioribus factū.

Condepsere, est cōmiscere, & mollire subigendo. Quod uerbum a græco fit δέψειν.

Conditanæ, & Conditiæ uue, quæ in annum reponuntur, murijsq; conduntur.

Vicini Cōditionibus. Emendo, Villici, tanquam ad uillicum parum pertineat compositio olei gleucini. Conditiones autem accipe pro Condituris. Sic enim Marcus Tullius, sic ueteres frequenter appellant, ut inter Conditiones, & Condituras nihil quicquam intersit: cū utraq; dictio a Condiendo deflexa sit. Columel. lib. 12. cap. 50.

Conditia, quæ reconduntur, & diuturno tempore seruantur longi usus gratia, ea uocantur Conditia cibaria. Cato Conditiua appellat poma, quæ conduntur in hyemem duratura. Colum. lib. 5. cap. 9.

Condita, uocat̄ preparata: quomodo parentur, consule libros myropolarum.

Cōdrites, panis qui est ex Halica, siue Zea, κορδύλαι, articuli, uel articulorum nodi. Idem sunt & σκοταλίδες.

Condylion. Lege, Onyx.

Condylus, quod in digitorum commissura prominet. Vnde uerbum κορδύλαιον. κορδύλωμα, ex crescētia carnis, circa anum

C O

aspadinem habens. Gale, libro. 6. cap. 18.
Condylomata, rugosæ quædam extubera-
tiones sunt, persimiles hæmorrhoidibus.
Paulus libro. 6. capite. 71.
Condylomata. Vide, Ragades.
Confectio, fit ex pulueribus simplicibus,
aut speciebus.
Confectio Aliptæ muscatæ, quomodo con-
farcinetur, lege apud Nicolaum in Anti-
dotario. Alipta, & Aliptæ qui dicti sint,
alibi diximus. Quanq; existimē, ne ipsum
quoq; scriptorem satis assequutum quid
esset alipta.
Confectio Gallæ, satis preciosa & redolens
muscata, apud Nicolaum.
κόγλοσ. oculi cauum.
Conger, piscis marinus.
Congros, inter alia morbus olex.
Coni, nuces cupressi. Theocrito, Pinorū.
Coniatæ chrysæ, id est, exaliptes.
Coniosis, primum fundamentum operis a-
pum. Plin. lib. 11. cap. 7.
Conile, Mirrhis apud Diosc. lib. 4. ca. 117.
Conion, Cicuta apud Diosc. lib. 4. ca. 82.
κόνιος. Vide, κῶνος.
Coniugula, uel Coniugalis, id est, Myrtus.
Coniza magna, quæ alio nomine Cunila-
go, & a Plinio Cunila quandoq; dicitur.
lib. 10. & a Theophrasto Pulicaris. Egit
de Conizis Dioscor. lib. 3. cap. 135.
Coniza parua, apud Dioscor. lib. 3. cap. 136.
Coniza tertia apud Dioscor. lib. 3. cap. 137.
κυνικὸς σπασμός, circa faciem morbum no-
minant. Is cum acuta febre fere oritur. Os
cum motu quodam perueritur, ideoq; ni-
hil aliud est, q; distensio oris, uel oris tortu-
ra. Celsus lib. 4. cap. 2.
Coniunctiva, est albedo oculorum coniun-
cta cum cornea.
Conna, palpebræ breuitas.
Connexio, lapsus est ossium per articulum,
aut corruptionem mobilium, in locum nō
naturalem.
Conon, a quibusdam uocari picem līquidā,
Dioscorides autor est: quæ uox, & rei in
ea æstimatio, quam uetus & uera sit, in-
certum est. Id tamen in comperto, græcis
κῶνος dici pineam nucem, & ab ea fama
mathematicis terræ umbram, & ab eo fru-
ctu etiam pinum arborem. Alioqui nihil
habet ea uox, quod quidem ad picem spe-
ctare æstimari queat. M. Vergilio docto-

C O

homini, non κῶνος, sed κόνιον in Dioscor.
legendum uidetur, prima correpta: & ex
usu pici id nomen accreuisse: quia scilicet
in uindemia, dolia, & in alijs uitæ nostræ
usibus fictilia, pice ex interiore parte lini
rentur, ideoq; picata passim dicerentur, &
non picata: qua uoce sæpe inibi Dioscor.
utitur: ut in proximo ab hoc capite, in uase
non picato seruandam resinam, quod totū
græci κόνιον uocant, quod est illinire: li-
cetq; κόνιον puluerem proprie græci dixe-
rint, nihilominus cinerem, calcem, & que-
cunq; alia, quibus leuigari asperitas, & ob-
strui raritas posset, quod in dolis uini, ficti
libusq; alijs quondam passim fiebat, & nūc
uitro etiam fit. Hæc fere Vergilius.
Conquassatio capillorum. Lege, Affectus
capillorum.
Conisales. Vide, Ceroma.
Consecratix apud Theophr. lib. 9. cap. 7.
An Consemineis uineis. Consemineas ui-
ueas uidetur intelligere eas, in quibus acer
uatim multa semina uitium confusa sunt,
nec proprijs generibus distincta: quæ etiā
Conseminales dicuntur. Columella lib. 12.
capite. 3.
Consorire, inquinare se stercore, uel se per-
cacare.
Consiliginem uocant. Plinius libro. 26. scri-
bit hæc. Radix uero herbæ Consiliginis,
quam nuper inuentam diximus, suum qui-
dem & pecorum omnium remedium præ-
sens est. Pulmonum uitio, uel trajecta tan-
tum in auricula, bibi debet ex aqua, habe-
riq; in ore assidue sub lingua. Idem. 25. No-
stra ętas meminit herbam in Marsis reper-
tam, nascitur & æquiculis circum uitium
Nimueruesiæ, uocatur Consilago. Colu-
mella libro. 6. capite. 5.
Consiligo, radicula pastoribus familiaris in
Marsis montibus, pecori gratissima. Me-
minit eius & Columella.
Consolida regalis, Rittersporen.
Cōstipatio fit, cū aut totum corpus undiq;
in se contrahitur, aut cum meatus ipsi ob-
struuntur. Gale, de morb. differ. lib. 1.
Constitutio ipsa animæ, est sanitas.
Confuetudo, altera natura, & seruanda. Ga-
le, lib. 2. de Temper. 19. b.
Continua febris. Lege, Febris est exube-
rantia.
Continui solutio, in osse quidem fractura

C O

appellatur; in carne uero communiter ulcus. Ruptura uero, et conuulsio ab eodem genere manant, Gale, lib. de differentijs morborum.

Continui morbi sunt, ut semitertiana, a Gre-
cis dicta τυφωδισ, ardens.

Coturbatio, grece ταγεσισ, oculorum mor-
bus, Lege dict. Taraxis.

Contraria contrarijs curantur. Hippocrat.
de Flatibus.

Conuoluolus, a conuoluendo: & est uermi-
culi genus, qui se inuoluit pampino: unde
Inuoluolus dictus.

Conuoluoli, uermiculi qui uires corrodunt.

Conuulsa, quæ græci σπάσματα uocant.

Conuulsio fit circa neruos & musculos sine
nostra uoluntate: aliquando partē quam-
piam, aliquando etiam toto corpore con-
trahens. Vide σπάσματα, Gale, libro. 6.

Apharismorum, a pho. 39.

Conuulsiones neruorum omnes sunt græ-
cis numero tres. Opisthotonus, id est, ten-
tio ad posteriora. Emprosthotonus, id est,
tentio ad anteriora: & Tetanus, id est, æ-
qualis tentio nominata. Galenus libro. 4.

Aphorismorum, a pho. 54.

Conus dicitur fructus cupressorum. Vnde
coniferæ dictæ a poetis, κονοειδης græce
nominatur: quoniam rotunditate in acu-
men attollitur, κόνοι, autore Suida, sunt
strobuli. Vbi strobulus actipere malo pro
nucleis pineis, ἐπ̄ pro fructibus cupressi.
Nam & Galenus cum Dioscoride simul
docent, Conos antiquitus appellatos ab
Atticis strobulos, id est, fructus pineos.
M. Varro galbulos nominat pilas istas
cupressorum cortinas, in quibus inclu-
sa sunt semina primigenia. Columella li-
bro. 6, capite. 7.

C O P

Copadia, Lege. Capaides.

Copaides, siue Copudiae, anguillæ, a Copai
de lacu Beotiae, in quo anguillæ magnæ
gignuntur. Suidas.

κωφωσιος, surditas.

κωτισκος, thus arabicum, & in Smylo na-
cens, minus multo & fuluius reliquo thus.
Dioscor. lib. 1, dictione, Thus.

Copulæ, appellantur nerui colligantes.

C O R

Cor, est membrum neruosum, & musculo-
sum, uenosumque, arterijs constans figu-

C O

ræ turbinis ad similibus, subpingue quidem;
ex quo uenæ oriuntur pulsatiles: & arte-
riæ, per quas emittitur sanguis & sp̄ritus.
Cor anima præditum, corpus cum hepate
gubernat. Sumit enim ad nutriendum &
augmentandum corpus sanguinem ab he-
pate, sp̄iritum a pulmone: quas quidem
materias posteaq; suscepit a supradictis
partibus, cor ita distribuit, & operatur, in-
q; totum demittit corpus.

Cor, lege. Matrix.

Cor lupi, Capparis.

Cor lupi, Limonium magice apud Dioscor.
libro. 4, capite. 19.

Coracinus, in Nilo piscis genus. Sunt et Co-
racini pisces marini, Plin. libro. 9, cap. 16.
Lege Hemineron.

Coracinus item color est, qui niger dicitur.
Coralium, Gorgias, uel Frutex ligusticus,
pedaneum est, & resistit typhonibus, atq;
fulminibus. Solinus cap. 8.

Corallus lapis in mari crescit, non aliter q; planta.
Vidimus nuper pedali mensura,
paruæ arboris, ac siccæ, sine folijs, speciem
habentem: nec unq; quicq; amenius habu-
mus eo spectaculo. Vide de eo Dioscori-
ridem libro. 5, cap. 130.

Coram, a dictione Cora, aliqui pipillam in
oculo uocant: quia εν κοίλοις ετι τὸ δα-
κρύον, ex concavo profluit lachryma. Un-
de dicatur etiam Collyrium.

Ciræa, Mandragora, Dio. lib. 4, cap. 79.

Circum, Mandragora apud Dioscoridem
libro. 4, cap. 79.

Corchoron, Anagallis: quanq; & olus est
eius nominis.

Coridalion, herba Fumus terræ, apud Dio-
scor. lib. 4, cap. 111.

Cordila, capitum tumor, morbi nomen, ut au-
tor est Barbarus.

Cordilla, appellabatur partus pisciū, qui fe-
ras redeuntes in mare, autūno comitatur.
Cordum, Plinius. Rursus rigari defecta o-
portet, ut secetur autūnale scenium, quod
uocant Cordum. Antiqui Cordum dixe-
re serotinū: unde & frumenta Corda, qua-
sero maturescunt: & agnos cordos, qui se-
rius nati forēt. Et in hominibus dicti Cor-
di sunt, ultimo fœtu progeniti. Hoc est

quod ait Quintilianus, Præceptorem sub-
tilem & eruditum, scrutaturum origines
uerborum, unde Cordi nomen traxerit.

C O

Lego Cordos suisse duos scriptores historiarum. Colum. lib. 7. cap. 3.
 Coriandum quid sit, Lege, Corium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 69. Nomen inditum existimant herbe a Cimicibus. Id enim insectum græci Corin uocant. Alij alia nominis etyma reddunt, de quo uide cōmentarium Vergiliū super eo loco.
 Corianisum, Coriandum, a Theophrasto.
 Coriannon, id est, Corium, uel Coriandrū apud Dioscor. lib. 3. cap. 69.
 Corij cremati iuuamenta, lege, apud Di- scoridem. libro. 2.
 Corion, Hypericon apud Di- scoridem libro. 3. capite. 172.
 Corion, Onobrychis, apud Di- scoridem libro. 3. capite. 171.
 Corion Enygron, Capillus ueneris, apud Dioscor. lib. 4. cap. 137.
 Coris herba, Hyperici generis apud Di- scor. lib. 3. cap. 175.
 κόρησις, cimices qui in cubilibus enascuntur.
 κόρησις κλινική, Cimices lectarij, quorum iuuamenta lege apud Di- scoridē libro. 2. Plin. libro. 29. capite. 4.
 Corium, id est, Coriandum, uulgaris noti- ciæ, apud Dioscor. lib. 3. cap. 69.
 Corium e calceo, Græci κάρπυμα, & κάρ- συμα uocant, nostri ueteramenta, & Ve- teramentarios artifices: quos Græci τα- λαιούργος, sicut ueteramenta ipsa ταλιμ- τεγα ή ταλινδώρια. Hinc & Veterato- res fortasse dicti, a consuendis fraudibus. Nam & apud Græcos κάρπυμα, dolum significat.
 Corium terræ, Plinio teste, est nō tam cutis eius, faciesq; summa, quā tectorium & sta- tumen quoddam crassius, cui & aliquod- dam subesse potest corium. Nam & in pa- retibus struendis, ordines ipsi laterū Coria Vitruvio dicuntur, hoc est, quæ uulgo turba opificum uocat Cursus.
 κορύζα, mucus narium. & τὸ τοῦ κορυζάω, id est, muco plenus sum.
 Corma, idem quod Courmi, id est, Ceruisia. Cernulaca, Tragium apud Di- scoridem libro. 4. capite. 53.
 Cornelion, Origanum Heracleoticō, apud Dioscor. libro. 3. cap. 30.
 Cornicū miram fidelitatē & matrimonij ca- stitatē describit Aelianus li. de uaria histo.
 Cornelia, an sit Lysimachium, uide Manar.

C O

Epist. 3. lib. 12. Epist. 6.
 κορώνη, summa ipsius Colis pars, a nobis glans dicta, per similitudinem.
 κορωνίσ, aurum arcus.
 Corona ueneris, Sisymbrium: sic dictum, ab odoris suavitate.
 Coron, Ruta sylvestris apud Dio. li. 3. ca. 51.
 Corona, Argemone, Gallice.
 Coronarum diuersa genera, & nomina, & inibi de origine Coronæ, multa apud Her- mol. Barbarū Coroll. super Myritū, lege.
 Coronæ corneæ, id est, hybernæ: q; e cor- nu fiebant, florum defectu.
 Coroneola, id est, rosa autumnalis. Lege. Rosa autumnalis.
 Coronion, Sesamoides paruum apud Dio- scor. lib. 4. cap. 153.
 Coronopus, oblonga herbula est, ut inquit Dioscor, per terrā repens, fissis folijs. Co- quitur in olere. Radicem habet tenuem, & adstringentem.
 De Cornice, & Ceruis, uide Plin. li. 10. ca. 12.
 Cornua, ulcera dicuntur a similitudine cor- nigerorum animalium.
 Cornus, dura arbor est, baccas ferens oli- uaē modo oblongas, quæ primum uirent, deinde per maturitatē rubescunt, aut ceræ colorem representant, græce καρπία. Vi- de de ea Dioscor. lib. 1. Plin. lib. 15. ca. 26. 28. 48. Theophr. libro. 3. cap. 12. Rursum Plin. lib. 23. cap. 11. Gale. 2. Aliment. ca- pite. 16. lib. 7. Simpl. cap. 45.
 Cornus Indica, ex India arbor, ferens fru- ctus similes cornis.
 Cornuta, pīscis; tracto a cornībus nomine. Plin. lib. 9. cap. 27.
 Corne. Cels. inmediocri uir ingenio, nō so- lum artem Rheticam, sed & de re mili- tari, & de re rustica, dec̄i medicina libros composuit. Quintilianus lib. 10. capite. 1. Columella lib. 1. cap. 1.
 Corporis status uocatur, in quo similares particulæ oēs propriā & familiarē habent temperaturā. Gale. lib de optimo statu.
 Corpus adstrictū, quod nō facile excernit.
 Corpus, magnitudine triplici diuisibile, con- tinet in se altitudinem, profunditatem, & latitudinem. Vel sic, Corpus magnitudo est tribus mensuris constans. Gale.
 Corporis humani constitutionē, & eius ra- tionem secundum proportionem, uide a- pud Vitruvium lib. 3. cap. 1.

C O

Corpus gubernatur a corde & hepate æ qualiter.

Corpora nostra constituuntur ex solidis, humidis, & spiritualibus. Solida quidem sunt ossa, nerui, musculi, uenæ, & arteriæ, & que nō apparent. Humida sunt, liquores, & ex creme. Spiritus, natius calor in corde. Corporum quorundam proceritas refertur apud Solinum de mirab. mundi cap. 5.

Corras, maxillas intelligi uolunt.

Corruda, est sylvestris Asparagus. Cato præcipit Corrudam serì debere, eo in loco in quo fuerint harundines, ut ita asparagi fiant. Nam conuenit harundinetum cum Corruda. Plinius, Sylvestres inquit fecerat natura corrudas, ut quisque demeteret passim, ecce altiles spectatur asparagi. Itē, Hortoru indicauimus Corrudam. Hunc intelligimus sylvestrem asparagum, quē græci hormynon, aut myacanthon uocāt, alijsue nominib. Vide Columellam lib. II. cap. 3. Lege. Asparagus.

Corrigrya similis Andrachnæ folio tantū, magnitudine minor. Pappum uocant fructum eius. Plin. lib. 13. cap. 22.

Corruptio, est substancialis formæ in aliquo deperditio.

Corsi canes, similes per omnia molossis.

Corsion, in Aegypto granū Piperi simile, paulo tantum maius, ut inquit Strabo.

Cortales, fœminæ proprie appellantur galinæ; mares, Galli seminares: Capi, qui casstrati sunt.

Cortex, arboris pars ultima, & a subiecto corpore separabilis. Theophr.

Cortex aeris, Spongryen.

Cortex thuris. Vide, Manna thuris.

Cortina, uas quo oleum, uel liquidum aliud influit.

Cortinale. Non id est Cortinale quod glossematici opinantur, nec a mensa, parieteque deducitur: sed Cortinale dicitur proprius locus in quo sapo & defrutū coquuntur in cortinis. Sunt aut Cortinæ scriptoribus agriculationis, uasa defrutaria, hoc est, defruito, sapæque coquendæ accommodata, quæ magis plumbea quam ærea esse debent. Plinio Cortinæ sunt uasa, quibus uellera tinguuntur sorbentia succum & medicamina infectoris: a quo Cortina dicitur uiridis & immatura, quando nondum lana ebibit ad plenum eximum illum colorē, qui expeti-

C O

tur in uestimentis. Idem ait, Vela pingi in Cortina; & cum sit unus in cortina color, alium atq; alium fieri in ueste accipientis medicaminis qualitate mutatum. Alio significatu apud ecclesiasticos scriptores, alio apud poetas Cortina usurpatum, quanotius est, uulgatusq; lib. I. ca. 6. in Colu. Coruorum ingenia, pulchre descriptis Aeolianus.

Coruus, oculi uitium apud Halianabatem, quod ægyptopen uocant græci. Auicenna. Corui malum, Capparis.

Corybantes dicuntur quasi furibundi saltantes. Huiusmodi erant olim Galli sacerdotes matris Deorum. Illi enim in sacris suis caput rotabant, & urinantium more in caput se iactabant. Vnde & Cybele dicta, a uerbo κυβελω, quod in caput rotari significat. Iuuenalis in Satyra, 2. Et crine senex fanaticus albo sacroru antistes. Mihi uideatur morbus fuisse, quo percitifuerunt, quē hodie uocant S. Viti, sancti Veits dantz. Quid enim illi aliud sunt q; Corybantes: dum furiose choreas perpetuas agunt. Quanq; sint qui non morbum esse uelint, sed imposturā: quæ uerberibus et flagellis facile emendatur. Multa nostra ætate sub eius prætextu morbi patrata sunt mala.

Corycia. Lege, Buccina.

κορυκοί. Lege. Buccina. Chamæ.

Corydalis, alauda, siue Galerita, ab galero, siue galea sic nuncupata.

Corydalis primū auē ipsam significat alaudam. Inde & Capnon herbulā: ex eo, q; & ipsa sicut alauda coli doloribus medicatur.

Corydalis, & Corydallis. Lege, Galeritā.

κορυδαλλός, id est, alauda, uel Galerita.

κορυδάσ. Lege. Galerita.

Corydon, alauda.

Corydylis, falsamentarij pīscis, quem nos Corydylam uocamus, græci κορδύλιδας ή δέργυλος.

κορυδαλλός, id est, galerita, auicula est parua, apicē in uertice paonis modo gestas.

Corymbethra, Hedera, apud Dioscoridem libro. 2. capite. 199.

Corymbion, Lychnis coronaria apud Di scor. libro. 3. capite. 113.

Corymbios candida, Hedera. Vide Barbam in Corolla. Hederæ.

Coryphe, capitū summitas, uertex.

Corythalion, Lege. Eriitionem.

C O

C O S

Cos, uide *Dioscoridem libro. 5. capite. 159.* **Coscinomancia**, quæ ex cribro futura docet prædicere.

Cossi, idem quod myrmetiæ, uel uerruculæ, in facie tumores.

Cossi, insecti genus. *Plin. lib. 11. cap. 33.*

Costarū quæ auctiores sunt, dicunt gnissias, i. legitimas: ac minores uocantur notæ.

Costarum ossa dicuntur Spathæ, latiora uero Platæ, angustiora *xowia*.

Costas homini octonas natura distribuit, re liquis aliquanto plures. Quanq; *A uicenna*, Galenusq; septena numerent; fortasse, q; os iuguli costis adnumerant.

Costus, et **Costum**, dicitur per diminutionē a *Strabone Costariū*. Huius radix in pre-
cio, fructus inutilis. *Plin. Indicum tñ uidetur nouisse*, primo statim introitu amnis Indi in Patale insula cōpertum: Duo eius genera faciens: nigrū. et quod melius eo iū dicat, candidū. *Vide Dio. li. 1. dict. Costus*. **Costum** an hodie uere habent Officinæ, a quibusdam dubitatur. Adulteratur Enula campana.

Costi radix, gustu seruens, odore eximio, frutice alias inutili. Genera eius uide apud *Plin. lib. 12. cap. 11.*

C O T

Cotes, siue lapis Naxius, *Diosc. li. 5. ca. 159.* **Cothones**. Lege. *Gobius*.

Cothonis mon, a calicis noīe *Cotheus Atheniensis medicus uocauit*, uinum quo statis diebus hilarescere permisum fuit, non inebriari: de quo uide *Barb. Corol. de uinis*.

Cotinades. Lege, *Neirindes*.

κότινος, id est, *sylvestris olea*.

Cotinus, latine, *sylvestris olea*.

Cotonea Neapolitana. Lege, *Cotoneorum genera*.

Cotoneorum genera, *Chrysomela*, hoc est, aurea mala, incisuris distincta, colore ad aurū inclinato. Deinde *Neapolitana*, ex eodē genere minora, odore uibrantia prouentu serotino, quæ *Struthea* appellantur. **Actius Struthea** inquit, dicuntur, quæ magna sunt, & suauiora, minusq; acerba.

Cotulæ, ualvulæ atq; thecæ *Ciceris*.

Cotula foetida. Lege, *Cunicula*.

Cotyla, genus mensuræ.

Cotylas quidam concavitates pedum inter-
prætantur.

C O

κοτυλή, iunctura coxae cum natibus.

κοτυληδώμα, sic dicitur a *Cotyla Græcorū*, in poculis & conuiuijs mensura uini, te uasculo: quam *Plinius aliquādo Heminam*, nonnunquam *Sextarium* e græcis uertit. Eius forma erat, qualis nunc etiam in fictili bus poculis uidetur, quibus in paupertate & coenobijs utuntur, & *Cotylam* præsertim *Italica gens* uocat: fuitq; hoc eius nomen primum, semperq; in poculis & liquidorum mensura. Quoties autē seruata eiusdem vasculi forma in aliū transferebatur usum, *Oxybaphū* uocabatur: quod in coena aceto plenum ad intinctus poneatur. Et hęc Græce *Cotyle*, et *Oxypaphū* prima ratio. Romani in priore illo poculorum usu, & liquidorum mensura, sextario, aut hemina usi sunt. Cum uero ad intinctus eo uerentur, ab aceto *Acetabulū* dixerūt: cuius forma orbicularis erat, profunda, & sine marginis latitudine. Ab ijs deinde ultraq; gens suū nomen, ad alia que similem haberent cōcauitatem, transtulit: primumq; Græci concavas parteis in polyporū flagellis, quibus nititur & sorbet, *Cotyledones* appellant. Sic *Aristoteles* in *Animalium historia*, sic *Plinius* in *latinis sorbere*, cum *acetabulis* affirmat: *acetabula* intelligentes, concavas in cirris eius pisces partes. Translata itidem ad animalia ossa, & ossium artus, quales in coxendicibus sunt, in quibus concavum os a crure progrediens in superiore partem, aliud os excipit, iungitq; simul & copulat, non aliter, q; si quis inuerso fictili ab inferiore parte rotundum quippiam inferat, ut in eo ueluti centro circumagi possit: sicut in hominum & animalium coxendicibus concavam eius eff. s lacunam uidemus, quam aliqui solum coxendicem dici uoluerunt. Est & *Cotyledon herba*, cuius meminit *Diosc. lib. 4.* ab eadē similitudine sic dicta. **Cotyledon** quæ sit, uide *Diosc. lib. 4. ca. 93.* **Cotula foetida** non uidetur hęc *Buphtalmos* esse, quā rustici *Bouis oculum* uocat. Est aut̄ *Cotula herba* *pratensis*, odore foetido, floris candidi: *Buphtalmi* uero lutei sunt, ut *Diosco.* & alij testantur. *Lege Coroll. Barb.* in dict. *Buphtalmus* lib. 3. in *Dioscor.*

C O V R

Courmi, ex maceratis & coactis frugibus

h ij

C O

potus. fortasse id quod uulgo hodie Ceruisiam uocamus.

κοῦρμι, Courmi, Ceruisia. Vide ζυθος.

Coturnices, aues sunt atuenæ, terrestres potius quam sublimes. Has nunc uulgas Qualeas uocat, quibus ueneni semen gratissimum est cibus: quam ob causam eas damnare remensæ, simulque propter comicialē morbum. Plin. lib. 10. cap. 23.

C O X

Coxarum dolor diuturnus, dissolutu difficultis, ad usq; poplites & suras consequitur.

Coxendix. Vide, κοτυληδώμ.

C R A

Cracutæ. Lege, Cyrenaici canes.

κράδα, ramus ficulnus, & hamus ex quo aliquid suspenditur. Est & arboris fici morsus κράδος, uidelicet cum marcescunt rami. Attici ficum ipsam κράδα nominant. Nam et machina quæ in comedìa Bellerophantis & Perseos, & Deorum imagines in aere præsentabat, κράδα appellabatur: quia species ea ficum imitaretur arborem. **Cradatio arboris** quæ sit, require ex Theophrasto lib. 4. cap. 16.

κράμα quondam uinum uocauerunt græci, non omne, sed quo uti homines decet, multa aqua dilutum, ἀπὸ τοῦ κράμμιας, quod miscere & temperare significat. Videlur id Celsius lib. 1. dilutam potionem uocasse.

Crambalæa, testa, caro.

Crambe, Brassica, id est Romana.

κράμβη, Brassica romana. Quamque antiqua Græcia, ut inquit Hermol. non Brassicam sic uocabat, sed Raphanon. Quod & Aristoteles, ut Iulius Pollux inquit, & Theophrastus fere sequitur. Crambe, quasi coramble dicta existimatur, q; pupulas oculorum, quas Græci κόραστ uocant, haberet, autore Columella, dederit hoc locum prouerbio fortasse, Crambe bis, postea mors.

Crambion, Pityusa Diosc. lib. 4. cap. 176.

κρανεῖαστ & ἐσι δένδρα ὄντω καλούμενα. Theocri, interpres.

Cranocolapta, species phalangiæ, a percutendo, scalpendoq; cornu dicta: qua fama et Picum Martium græci θερυκολάπτην appellant. Describitur a Nicandro Phalenæ similis, quæ locustarum sit generis, quæ & ψάραι καὶ ψύχη sit dicta, hoc autem Phalangium.

κραντερῆτ, dextes genuini in extrema gingi-

C O

ua, post uigesimum fere omnibus annum, aliquibus uero postea usq; ad octogesimus nascentes: de quibus Aristoteles secundo libro de animalibus sic ait. φύουται δὲ οἱ τελευταιοι τοις ἀνθρώποις γόμφοις οὐς καλοῦσι κραντῆρες, τερπι τα ἔικοσιν ἐτῶν ἀνδράσιν καὶ γυναιξὶν δέτι. καὶ γυναιξὶ καὶ ὑδακοντα ἐτῶν ὄνταισι οὐρσαντο γόμφοις ἐντοισ ἐσχάτοισ, πόνον παρέχοντες ἐν τῇ ἀνατολῇ καὶ ἀνθράσιν ὡς ἀντωτο τοῦτο δὲ σύμβαίνει ὅσ οἰσ ἄρι μὴ ἐν τῇ ἀλικίᾳ ἀνατείλωσιν οἱ κραντῆρες. quorum sensus est. Nascuntur autem ijs mares postremi quos genuinos uocant, circa uigesimum fere annum uiris, & mulierib; quin etiam mulieribus octogesimo anno natī aliquando sunt in extrema gingiu, dolorem in ortu afferentes. Et preter mulieres uiris similiter. Acciditq; hoc ijs quibus in iuuentute genuini nō exierunt. Vide, σοφρωνισμέσ.

Crapula, græce, κρεταλή, siue quasi lucta capit. dolorem eīm & uertigines in eo uinū facit, resinatum maxime. Nam & medicamenta quibus uini lenitas excitatur crapula dicuntur. Plin. libro. 23. capire. 2. Sic dicta, ἀπὸ τοῦ κρατεταλητοῦ μιθουτασ. Autore Suida. Vel,

Crapula dicta est, ut inquit Pl. a uino resina to: siue q; caput tentet, quasi lucta eius: siue quod ipsa quoq; resina, & flos eius crudus, qui uinis ad excitandam lenitatem additur, erapula quoq; nominari solet. Vnde Crapulas appellamus cruditates ex uino multo obortas. Curā eius require ex Aetio sermo. 9. cap. 25.

Crasin, græcum uulgas appellabat olim uinum aqua mixtum.

Cratæa, Chelidonia, apud Dioscoridem libro. 2. capite. 200.

Crateogonas herba quæ sit, uide apud Dio scor. lib. 3. cap. 140. Plin. lib. 26. cap. 10.

Crateias Herbariorum Alpha, ex patre quoq; natus Herbario, citatur aliquoties a Dioscor. Vixit Hippocratis temporib. Si modo Hippocratis est ea Epistola, quæ hodie operib. Hippocratis inserta, ab Calluo quoq; Hippocratis noīe redditæ est, ad Crateiam scripta. Meminit huius, & Plin.

C R E

Creidion, Cicutæ, apud Diosc. lib. 4. ca. 92.

Creocaccabis, caro minutatim concisa cum

C R

sanguine & adipe, iuscumentoꝝ, & dulcior liquore.

Creon Agrigenitus empiricen in Sicilia primus docuit, autoritate Empedoclis prium commendatus. Plin. lib. 29. cap. 1. *αργεματηγες*, neruos vocant ab inguine dependentes, a quibus dependent testiculi. Celsus lib. 7. cap. 18.

Creta Cimolia. Cretæ terræ plura sunt genera: ex his Cimolia: dico ad medicos pertinentia, ab insula Cimola dicta Cimolia. Vide Colum. lib. 6. cap. 16.

Cremia uirentia, id est, surculi uirentes. Latinis surculos aridos quorumcunq; lignorum intelligunt, a cremando. Nam Columella a Rusticis appellari sic tradit minutos & aridos surculos.

Cremor, lac expressum ex grano aqua macerato, id est, succus.

Cremor, idem quod χύλος græce.

Cremor. Lege, Crimnon.

Cremor lactis, lactis ipsius preciosissima spuma, quæ in delitijs habetur. Milchrom.

Cremphena. Lege, Symphoniacæ.

Crenæ, sunt incisuræ: a quibus Crenata herbarū folia vocantur, hoc est, serrata, sectæq; per ambitum. Hodie quoq; multis locis signa, quibus agrestes numerum aliquem in ferulis descriptam habent, Crenæ appellantur. In sagitta quoq; partis extremæ sectio, in quam neruus inseritur, arcum tendere uolentibus, Crena dicitur. Sed & in ipso arcu summa cornua Crenas suas habent, in quibus collocatur, sedetq; neruus.

Crepis, placentula, quæ ex melle conficitur & farina.

Crepula, Acantha. Dioscor. lib. 3. cap. 18.

Cresiones. Lege, Sium.

Cretica, Dictamnum, apud Dio. li. 3. ca. 35.

Cretura, idem quod Cyribia tritici & hordei excrementum. Sic enim Palladius appellat.

C R I

Cricias Massiliensis, arte geminata, ut cautor, religiosiorq; ad syderū motus ex ephemide mathematica cibos dādo, horasq; obseruando, autoritate Vectium Valentem precessit, & (ut Plinius inquit) nuper centies H. m. 5. sestertia reliquit muris patrig, moenibus quoq; alijs non minoris summa extuctis. Damnavit non solum priores Medicos, sed & balneas: frigidacq; etiā hybernis algoribus lauari persuasit; mer-

C R

lit egros in lacus. Videbamus senes Consulares usq; in ostentationē rigentes. Quare extat etiā Annei Senecæ astipulatio. Nec dubium est, omnes istos famam nouitate aliqua aucupantes, animas statim nostras negociari. Hinc illę circa egros misere sententiarū concertationes, nullo idem césente: ne uideatur assertio alterius. Hinc illa infelcis monumenti inscriptio, turbæ se Medicorum perijisse. Mutatur ars quotidie, toties interpollis, & ingeniorū Græciæ flatu impellimur. Palamq; est, ut quisquis inter illos eloquendo pollet, Imperatorem illico uitæ nostræ, necisq; fieri. Cetero non milia gentium sine Medicis degant, nec tamen sine medicina. Plinius libro. 29. cap. 1.

κριθοθήσα, instrumentum in quo capiuntur locustæ, apud Theocr. Eidyl. a.

Crij. Lege, Chamæ.

Crimnon, pharmaci nomen, apud Aetium, serm. 10. cap. 26. hydropicis accommodum. Crimnadas urinas, pro crassis Galen, interpretatur in Hippoc. Aphor. quæq; similitudinem farinæ triticeæ habent.

κρινυόψ, crassior est ex zea, triticocq; farina, ex qua pultem faciunt. Dioscor. lib. 2. Fit quoq; ex silagine crassior farina, quam Crimnon vocant, fortasse hoc, quod Cremor latine uocatur: ut succus a Cremore differat sola crassitudine. Cornel. Celsus Cremorem ptisanæ pro succo fere accipit. Cæterum & hordei genus est Photioni, et Cyceanis Homericae liquamentum.

κρινυώδεις urinas. Lege, Crimnadas.

Crinanthepon, Lilium sylvestre, apud Di- oscoridem lib. 3. cap. 139.

Crinis, corpus frigidum, & siccum, sensus expers, ad perfectionē corporis, tutelam, ac ornatum a natura datur.

Crinon Basilicon, Lilium uulgatum, apud Dioscor. lib. 3. cap. 115.

Crinonia, frutex ipsius Lilij, quasi liliariū.

κρινόμυροψ, ex lilijs unguentum.

Cripa Campanica, corrupte in aliquib. Columellæ exemplaribus pro Sertula Campanica legitur.

Crision, Buglossum magnū. Dio. li. 4. c. 120.

Crisis, iudicatio est, uel opinio, & subita dissolutio.

Crisim patiuntur oēs morbi habituales, & chronici, ut podagra, chiragra, phlebitis, &c.

C R

Crispina. Lege, ὄψινανθεῖα.
Crispinum uinum, ibidem.
Crispinus, id est, Sonchus, uel Cicerbita.
Crista gallinacea, teste Paulo libro. 3, herba
 quam Græci περιστεῶν vocant.
Crystallus lapis, & eius electio, apud Soli-
 num cap. 25.
Crystallus, a gelu nascitur uehementer con-
 creto, ut inquit Plinius lib. 37. cap. 2. Nec
 aliubi certe reperitur, & ubi maxime hy-
 bernæ niues rigent: glaciemq; esse certum
 est, unde & nomen Græci dedere. Oriens
 & hanc mittit: sed Indicē nulla prefertur.
 Nascitur et in Asia, uilissima circa Alaban-
 dam, & Orthosiam, finitimiq; montibus.
 Item in Cypro: sed laudatissima in Euro-
 pa Alpium iugis. Iuba autor est, ut inquit
 Plinius, & in quadā insula rubri maris an-
 te Arabiam sita nasci, quę Neron uocet.
Cristobulus olim magnus fuit, propter ex-
 tractam Philippi Regis oculo sagittam, &
 citra deformitatem oris curata orbitate lu-
 minis. Plin. lib. 7. cap. 37.
Critamon. Lege, Crithmon.
κριθαμός. Lege, Crithmon.
 ἡπίθη, in palpebra super pilorum locū tuber-
 culū paruulū, quod a similitudine ordei a
 Græcis κριθή dicitur. Vide, Aegylops.
Crithiasis, equorum morbus.
κριθίασις. Lege Crithmon.
Crithmon. De ea sic Dioscor. Crithmon, si
 ue potius, Critamō, fruticosa herbula est,
 cubiti altitudinem petens. Nascitur in ma-
 ritimis, & petrosis, folijs pinguibus, nume-
 rosis, albicantibus, ueluti portulacæ, crassi-
 oribus, & longioribus, salso gustu. Flores
 cādidi sunt, & semē ceu Roris marini, odo-
 ratum, molle, rotundum, quod siccatum
 rumpitur. Habet intus semen ruffum, ra-
 dices digitī crassitudine tres, aut quatuor,
 grati odoris, & iucūdi. Marc. Verg. Quā
 Græci Crithmon a figura feminis, ut cre-
 dimus, dixerunt. Plinius, & alij ubiq; Bat-
 im. Columella nunc Batim, nunc olus
 Chordum, quod serum, & appropinquan-
 te uindemia conditatur, appellat: ad mare
 primum, & in litorum petris, quoniā prio-
 ra satiuū sunt sylvestria, & per se nascētia,
 inuentum: mox in hortis ubiq; ad quotidi-
 annos usus consitam herbam, quam ditiorū
 & plebis mensē pariter nouerūt. Eam hic
 paulo minus quam cubitali altitudine, in-

C R

caulem crescere ait, cæteri palmum erigunt,
 terra tantum dixerunt. Quod in Italia, pre-
 sertimq; in hortensi uerius uidetur. Non
 ideo tamen arguendus Dioscor. Hermol.
 Batim duplex est: Marina, & Hortensis,
 quam aliqui Asparagum uocant Gallicū,
 Liguria Baticulam hodie appellat. Caulis
 ei palmum altus Plinio, cubitalis Diosco-
 ride. Semen feruens nucleo interiore, qui
 ut in rore marino Cachrys uocatur. De
 Marina potius quam de Hortensiana, siue
 quod idē est, satiuā loquitur Plinius, quo-
 ties Crithmon nominat. Proinde alio lo-
 co de Bati medicinis, alio de Crithmo dis-
 serit. Mihi uidetur esse, quam officinæ uo-
 cant Cretamū, uel Fœniculum porcīnū:
 ut in Herbariū nostri tomo secundo anno-
 tauimus. Lege Dioscoridem lib. 2. ca. 144.
 Plinium lib. 21. cap. 27.

Crito Medicus, citatur ab Aetio ser. s. ca. 2.
Criton scripsit libros Cosmiticorum, quos
 contraxit ex Cleopatra, & Heraclide, qui
 & ipsi reliquerunt κοσμιτικά.
Critum. Lege, Malus Medica.

C R O

Crobysson, Aizoum minus, apud Dioscor
 lib. 4. cap. 92.

Croceus color. Lege, Fulvus.

Crocodilēa, terrestris Crocodilifimus. Vi-
 sus eius, ut inquit Dioscorides, ad facies
 muliebres fucandas. Quod in Epodo quo
 que testatur Horatius, cui principium est:
 Quid tibi uis mulier, nigris dignissima bar-
 rhis? Nec tibi iam manet humida creta,
 colorq; stercore fucatus Crocodili.

Crocodilias, iuxta aquas nascēs herba, quā
 Syri Orophēn appellant, ut inquit Acti-
 us sermone. 11. cap. 2.

Crocodilion, Chamæleontis nigri figuram
 habet, apud Dioscoridem libro tertio, ca-
 pite undecimo.

Crocodilion, Dipsacos. Dioscorides lib. 3.
 capite. 12.

Crocodilus, quadrupes malum, & terra pa-
 riter, & flumine infestum. Vnum hoc an-
 mal terreste, lingua usu caret. Plinius li-
 bro. 8. cap. 25.

Crocodilus terrestris. Vide, σκύρω,
 Crocomagma, uerbū e uerbo, fēx olei Cro-
 cini. Nam fēces unguentorum, magmaria
 Græci appellant. Dioscorides libro pri-
 mo, capite. 30.

C R O

Crocomagnes corrupte in libro de partib.
Galen legitur hodie pro Crocomagmate, quod significat quasi Croci recrementum & fæcum, quod & in malagmatis, & unguentis efficax habetur.

Crocomeriō, Leontopodiō, Dio. li. 4. c. 132, κρόκος, inter aromata censetur, nemini non notissimus; cuius probationem uide apud Dioscoridem lib. 1. cap. Crocus.

Crocus Saracenicus, id est, Carthamus, uel Cnicus.

Crocus Coryceus, e tractu Lyciae contermino.

Crocus Lycius, e monte Olympo.

Crocus Cyrenaicus, e Cyrene; qui inter Silicula omnia uiribus præstat.

Crocus διάλευκος, per se genus, ut inquit Plinius, satuui Croci blandissimum; sic dictum, quod sit medio sui candidum.

Crocum Centuripinum, id est, Siciliense. Plinius lib. 21. cap. 6.

Crocuta, ex cane lupoq; concepta bestia, omnia dentibus frangens, deuoransq;. Plinius lib. 8. cap. 21.

κρόμμιον. Lege, Crommion.

Crommion, aliqui Polydos uocant, Magi Calabotim, Romani Cepam.

Cronon, Magice Conyzæ species tertia a. apud Dioscor. lib. 3. cap. 137.

Crotaphitæ, ambo. ium temporū uiuisculi. κρόταφος. Lege, κεκαλπονεία.

Cration, Catanance, apud Dib. lib. 4. c. 135. κρότων; insecta, quæ animalibus alijs, canibusq; præsertim inhærent, sine motu, cum semel inhæserint: quibus cibi nullus exitus est, colore liuido, nullis discretis membris, in globum cōtinue crescentia, donec plenius suginata, post aliquot dies sponte sua decidunt. Latine, Ricini.

Croton, Ciri, apud Dioscor. lib. 4. cap. 167.

C R V

Cruciantes equi qui sint apud Plautū, Lege, Succussarij.

Crucium uinum, pro acerbo & austero ueteres dixisse, autor est Celsus.

Cruda, ideo uocamus, siue distillationes, siue urinas, sed imina alui, & id genus ex eo, quod calore nec uincant, nec consistant. Aristot. lib. 4. Meteo.

Cruditas uocatur, ubi cibi in totum non permantur: & est perditio, & perfectæ priuationis actionis. Aetius serm. 9. cap. 23.

C R

Cruditas, redundantia stomachi, quæ nascitur ex ægra concoctione.

Cruditas, ciborum propriæ corruptio, & mala concoctio.

Crudum, id est, intactum, sine sulco & pastinatione. Colum. lib. 3. cap. 13.

Crunifmos, est torrentis modo cum strepitu & murmure demanante embrocatio.

Vtitur eo uocabulo Paulus lib. 2. cap. 53.

Cruris caput, ubi crus coxarū committitur. Crustana, lingua Dacorum Chelidonium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 200.

C R Y

Crymodes febris, quæ pulmone sacris ignibus correpto prouenit.

Cryptorchis, est sensus testiculi, uel testiculorum.

C T

κτηνόνες, fibræ.

κτεῖς, id est, Pecten, uel Epision, uel Interfemineum.

Ctesias e Gnidio, ut inquit Strabo libro, 14. Medicus Xerxis Regis.

C V B

Cubitor bos, qui libenter decumbit in sulco, & uitio decumbendi obnoxius est. Columella lib. 6. cap. 2.

Cubitus uocatur, quod ab olecrano, ad extreum medium digitum, interuallum existit.

κυνέας, Millepeda, quæ sub aquato uase stabulatur, animal multis pedibus nitens: quæ contactu in orbem cōvoluitur, & contrahitur. Vocatur & πολύποντος.

C V C

Cuci, differt ab Cici, cuius meminit Dioscorides lib. 4. cap. 167. De quo uide Barbari Coroll. loco citato.

Cucullones, idē putamus quod Cucullos. Rustici est uestimenti genus.

Cuculus, græce, Coccyx.

Cucumber Laconicus, qui non rigatur, neq; gaudet aqua ut reliqui.

Cucumber Scytalius, Cucumberis satuui quædam differentia alia.

Cucumber Beotius, a regione & loco sic dictus, satuui generis.

Cucumeres citrini, qui uulgo Citreoli, a colore Citri nominantur, maiores multo uulgaribus, nec striati.

Cucumber anguinus uidetur esse, qui sylvestris, multo infra magnitudinem satuui.

C V

Cucumer sylvestris quid sit, uide apud Di-
scoridem lib. 4. cap. 155.

Cucumis, a curuitate dictus est, ut placet
Varro.

Cucumis erraticus, **Cucumis anguinus**.

Cucumis angueus, **Cucumis anguinus**.

Cucumis, id est, **Cucumer sylvestris**, apud
Dioscor. lib. 4. cap. 155.

Cucumis cæruleus. **Lege**, **Cæruleus**.

De collo Cucurbitæ. Semina in Cucurbi-
tis quæ proxima collo fuerint, proceras pa-
riunt, quæ in cibis sunt esculentiores; quæ
in medio sunt, rotundas: quæ in lateribus,
crassas, breviioresq; progernerant. Cucur-
bitarium, locum uocant consitum Cucur-
bitis: sicut Cucumberariū, ubi satis sunt Cu-
cumeres. **Colum**. lib. 2. cap. 3.

Cucurbita cameraria, quæ in tecta scan-
dit, & leni umbra, testudines & pergulas
aperit.

Cucurbita plebæia, quæ humi flagellis
reptat.

Cucurbitam satiuam κολύκινθαρι Græci uo-
cant, **sylvestrem** κολοκινθίδα. De hac plu-
ra in descriptionibus Cucumberum, & Cu-
curbitarum.

Cucurbitula, instrumentū notum balneato-
rum, Græci συκίαρι uocant. **C. Celso** in
ore frequens.

Cucurbitularum duo sunt genera: **Aeneū**,
& **Corneum**. Aenea altera patet, altera
clausa est. Cornea altera parte q;que patēs,
altera foramen habet exiguum. In Aeneā
linimentum ardens injicitur, & sic os eius
corpori aptatur, imprimiturq; donec in-
hæreat. Cornea per se corpori imponitur.
Celsus lib. 2. cap. 10.

Cucurbita quando adhibenda, **Lege**, **He-
rysipelas**.

C V D

Cudentes dicuntur, qui in area baculis ex-
cutiunt, exteruntq; legumina, ac frumen-
ta: a cudento, id est, feriendo nominati. **Co-
lumella** lib. 2. cap. 10.
κονδυλώδης, nodosus.

C V L

Cum Culabula, **Emenda**, **Cunila bubula**.
hoc enim nomine appellatur herba, cuius
plura sunt genera. Est enim **Cunila**, quæ
bubula appellatur, cuius confection contra
serpentes uino bibitur. Est alia **Cunila** gal-
linacea appellata a nostris, a Græcis Ori-

C V

ganum heracleoticum. Tertius genus est
cius, quæ a Græcis **Mascula**, a nostris **Cu-**
nilago uocatur. Vires **Cunilæ** uehemen-
tissimas in omnibus his generibus, traditt
Columel, lib. 6. cap. 12.

Culeus, quadraginta urnas cōtinet Plinio,
Columellæ, & cæteris.

Culex, herba nomen, cuius usus est ad Cu-
cumeres macerando, ut prorsus sine semi-
ne crescant: atq; ab Theophrasto Cano-
pam uocari existimat Barbarus. Theodo-
rus Canis oculum, & Canuram interpre-
tatus est: quasi Cynopam, non Canopam
probauerit. Olus hoc, ut inquit Theophr.
primis post æquinoctium imbribus ger-
minat, & inter spicatas herbas ponitur.

Culicij panes, magni & sordidi.

Culigna, uas uinarium, apud Catonem.

Culmus, idem quod **Calamus**, cum spicę pe-
nitus oriūtur, in summo spicę iam mature.

C V M

Cuminum Regiū, **Cuminum satiuū** apud
Dioscor. lib. 3. cap. 66.

Cuminum Regium quorundam opinione
Amni, ut inquit Dioscor. lib. 3. cap. 68.

Cuminum Aethiopicum, **Cuminum sylue-
stre**, secundum Aetiū. Vocatū & Amni
quidam ex ueteribus Aethiopicum Cumī-
num, ut inquit Dioscor. lib. 3. cap. 68.

Cuminum Thebaicum, **Cuminū sylvestre**,
apud Dioscor. lib. 3. cap. 67.

Cuminum rusticum, **Cuminum sylvestre**,
apud Dioscor. lib. 3. cap. 67.

Cuminum sylvestre, apud Dioscoridem li-
bro. 3. cap. 67.

Cuminum satiuū quid sit, uide apud Dio-
scoridem lib. 3. cap. 66.

C V N

Cunicula bubula, herba qua se tuetur testu-
dines contra serpentes pugnaturæ. Nunc
dicitur **Cotula**, **Bouis oculus**, & flos eius
maior **Chamæmilla**.

Cuniculi, leporum genus fœcunditatis in-
uumeræ.

Cuniculi, **Lege**, **Hispani lepores**.

Cunila. **De Cunila**, & **Cunilagine**, & **Co-**
niza, uide doctissima quædam apud Dio-
scoridem in Commentario Vergili. **De**
Coniza altera, siue tertia, libro tertio Dio-
scoridis, cap. 137.

Cunila, **Origanum sylvestre**. **Dioscor.** li. 3.
ca. 32. Succinit quoq; Nicander.

C V

Canigallinacea quid sit,
Canigallinacea quid sit,
Organum Heraclicum
Canaria transmarina, Thy-
sia Amor Barbarus lib. 2.
Canigo, Comiza, quid sit
cap. 13.

C V P
Capitio, flos sanguinis p-
tum quis proclive est,
a solita uires agitentur ad

C V P
Capillus longa, sublepta c-
ut parum fani, si plantatio
me prouenies. Plura de-
lib. cap. 13. Diolcor. lib. 2.
Capillus Cretica herba S-
Capelles. **Lege**, **Pedibus**
Cuprum usum, Gebrant

C V R
Curandi optima ratio ap-
Method. cif curare bre-
& ruto.
Curare ruto, eif cōsequi
lader. & curare, perreda
Curorit, Medicina fœ-
cia partes.

Cura que grata uide
hunc de Paulum lib. 6. cap.
13. 14. 15. 16.

C V S
Cufos summitsibus. A-
quem Culodem uocet
de quo Plin. hæc. Ego
hic est nouellus palma-
bus gemmis, proximo as-
turus, si uitis luxuria se cu-
lumella lib. 4. cap. 14.

C V T
Cuis, eif corpus neru-
is superficiem exornat
id decoris grana; et
niam omnem prohibe-
deinnoibus.

C V Z
Cunila Lege, Galeriz.

Lege Folia.

Folia sanguinis, Fabagras

zus & somnis, jidem que
Canna Leg. Onos.

Cannabis, Aconitum

C V

Cunila gallinacea quid sit, uide in dictione
Origanum Heracleoticum.
Cunila transmarina, Thymbra Dioscori-
dis. Autor Barbarus lib. 3. cap. 43.
Cunilago, Coniza, apud Dioscoridem lib.
3. capite. 135.

C V PH

Cupherio, fluor sanguinis per nares. Quod
uitium equis proclive est, inquit Vegeti-
us, si ultra vires agitentur ad cursum.

C V P R

Cupressus longa, subiecta caudice attolli-
tur, partim satu, & plantatione, partim se-
mine proueniēs. Plura de Cupresso Plin.
lib. 16. cap. 33. Dioscor. lib. 1.
Cupressus Cretica, herba Sabina.
Cupressus. Lege, Pedibus.
Cuprum ustum, Gebrant ert 3.

C V R

Curandi optima ratio apud Galenum. 14.
Method, est curare breuiter, sine dolore,
& tuto.
Curare tuto, est cōsequi id quod uelis: non
lædere, & curare, ne redeat morbus.
Curatoria, Medicinæ species. Lege, Medi-
cinæ partes.
Curta, ea quæ græce κολοθώματα, de qui-
bus uide Paulum lib. 6. cap. 26. & dictionē
κολοθώματα.

C V S T

Custos summittendus. Alendus palmes,
quem Custodem uocant, & presidiarium:
de quo Plin. hæc: Et qui uocatur Custos,
hic est nouellus palmes, non longior tri-
bus gemmis, proximo anno materiam da-
turus, si uitis luxuria se consumperit. Co-
lumella lib. 4. cap. 24.

C V T

Cutis, est corpus neruosum, totam corpo-
ris superficiem exornans, atq; protegens,
idq; decoris gratia: etiam ut offendam &
noxam omnem prohibeat. Galenus de
Definitionibus.

C V Z

Cuzula. Lege, Galerita.

¶ C Y A

κύανη, Faba.
κύανη ελληνική, Faba græca: quæ sic dici-
tur, ad differentiam Fabæ Aegyptiacæ.
κύανη ποντική, idem quod Faba græca.
Cyamos. Lege, Onos.
Cyamos leucos, Aconiti species altera, a-

C Y

pud Dioscoridem libro. 4. capite octauo,
κύανη, id est, Faba. Sic uocatur prima πά-
σις mammæ, quæ lac præstat.
Cyamus, poculum, apud Aetium sermone
13. capite. 122.
Cyaneus color. Lege, Cæruleus.
Cyaneus lapis. Vide in dictione, Cæruleū,
κύανη, Cæruleus color.

C Y B

Cybellion, Medion herba, apud Dioscori-
dem lib. 4. cap. 21.

C Y C

Cyclaminos, Cyssanthemō, folia habet He-
deræ purpurea, uaria, in quibus susq; decq;
alblicant macule, caule nudo, quaternos di-
gitos e quante, floribus in eo purpureis, ra-
dice nigra. Vide Dioscor. lib. 2.

Cyclamini radix, quomodo cōueniat cum
Aristolochia, abunde tractatum est a no-
bis in Herbarij nostri tomo. 2.

C Y D

Cydonia illud uocatur, quod pison, uene-
no aduersarium.

Cydyomalum. Lege, Codymalum.

C Y E

Cyema, id est, conceptus. Sic Galenus lib. 1,
de Symptomatum cauissis uocat.

C Y I

Cyiranion, Veratrum nigrum, apud Dio-
scoridem lib. 4. cap. 152.

C Y L

Cylindro. Lapis teres instar columnæ, &
uolubilis, dicitur græco uocabulo Cylin-
dros. Vergilius præcipit aream Cylindro
equari oportere. Cylindraceæ figure, sunt
siliquæ pisi. Vide Columellam libro unde
cimo, cap. 3.

Cyllastis, hordeaceus panis.

C Y M

Cymata, tenuiores caulinæ.

Cymatilis color, ab uanda dicitur.

Cymatius color, item ab uanda.

Cymatophleges. Lege, Planetæ.

Cymindis, nocturnus accipiter. Plinius li-
bro. 10. cap. 8.

Cyminum latum, Seseli Massiliense, ut in-
quit Barbarus in Corollario, lato em grā-
no & fuluo est.

C Y N

Cynamulgus, Arabiæ auis, magnitudine
Otidis. Plinius libro decimo, capite trice-
simo tertio.

C Y

- Cymbalaris herba, folio tenui, anguloso, hederae, flore paruo, purpureo, in muris terrae nascens; quam quidam genus alterius Capni herbae faciunt. Barbarus in Collario Cotyledonis.
- Cymbalion, Cotyledon, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 39.
- κυνοβερός**, Græcorum lingua uocatur caput. Vnde & κύνελος, qui in caput saliens, crura tenet surrecta.
- Cynanche, Apocynon, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 84.
- Cynanchon, Apocynon, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 84.
- Cynanthropia, idem morbus qui & Lycanthropia. Lege, Lycanthropia.
- Cynarica, Apocynon, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 84.
- κυνάγχη**. Lege, συνάγχη.
- Cynas arbores uocant, ex quibus Arabes uestiuntur, folio palmæ simili. Sic orientales suæ arbores uestiunt. Plin. lib. 12. ca. 11.
- Cynia, Cynocrambe dicta ab Dioscoride lib. 4. cap. 202.
- Cynobrium, Cynober.
- κυνοκάρδαμος**. Lege, Cardamon.
- Cynocardamon, & Cardamantice, solo nomine statim Cardamon indicant. Lege, Cardamum.
- Cynocauma, incensio, & ardor ex morsura rabidi canis.
- Cynochala, Polygonum apud Dioscoridem lib. 4. cap. 5.
- Cynocephali forma quidem simiarum, uestrum maiores, ualidioresq; ac facie, tū dentibus & robre canibus propiores, humani gestus æmuli; & si infanti admoueris, ei ubera mulgenda præbent. Aelianus.
- κυνόδοντες**, canini dentes: quoniam in acutum producti, caninos proferunt dentes.
- Cynocephali genitura, Magice, Anethū, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 65.
- Cynocephalon, Psyllium, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 73.
- Cynocrambe, Cynia herba, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 202.
- Cynoctonon, Apocynon, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 84. Est & altera species Aconiti.
- κυνόδοντης**, rabidorum canum morsus.
- Cynodontes, id est, Dentices, Thynnorum generis piscis.

C Y

- κυνόγλωσση**, & plantaginem, & plantagini aliam similem herbam significat, que in officinis uocatur Cynoglossa.
- Cynoglosson, topiarijs operib. gratissima; dicta sic, quia caninas imitetur linguas.
- Cynomazon, Chamæleontē vergilius interpretatus est, quod in pulte necandis canibus datur, quam Græci μέλισσα uocant.
- Cynomia, Psyllium, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 73.
- Cynomorion, id est, Orobanche, uel Erui angina: sic dicta, ut inquit Dioscorides, ab similitudine canini genitalis.
- Cynomoron, Apocynon, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 84.
- κυνόμορφος**, Crocus a quibusdam dicitur.
- Cynoprosopi, in desertis Indiæ Aethiopâ uersus, capite, dentibus, ac pelle canibus similes, hominibus reliqua. Circa labra more draconis pubescentes, unguibus manuum preacutis, tū cursu ueloci. Aelianus.
- Cynorrhoda, sylvestres rosæ, spongiolis, penicillisue inter medias eius spinas nascentibus, unico aduersus expauescentes aquâ a morsu canum remedio, nec fere ante Plinius comperto: unde nouatum ei nomē, ut existimat Barbarus. Quanquam Aristoteles hanc uocet Cynacanthon, hoc est, caninam sentem, cantharidum ferace. Est & Cynorrhoda alia, sed Lilium.
- Cynorrhodos, rosa quædam sylvestris, quæ morsum canis rabidi medetnr. Plinius libro octauo, capite. 41. & libro. 25. capite. 2. & capite. 89.
- Cynosbaton, Capparis, aliud a Cynosbato cuius meminit in primo libro Dioscor.
- Cynosbatos, Smilax, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 145.
- Cynoseuma, Lege, Mænas.
- κυνόστατος**, id est, Rubus canis, uel Caninus rubus, Caniculus, uel ut Columellæ placet, Sentsis canis: frutex est arboris instar, Rubo longe maior: folia fert latiora Myrto, firmis circa ramos spicis, flore candido, fructu oblongo, nucleo oliuæ simili, qui per maturitatem fulvescit, & flosculos intus continet specie propius puniceæ arboris. Vide Dioscoridem libro primo. Plinius lib. 33. cap. 23. Theophrastum lib. 3. cap. 17. & 18. Columellam lib. 12.
- Cynozematitis, Coniza, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 135.

C Y

Cynoxylon, Chamæleontē nigrum uocat
Dioscor. lib. 3. cap. 10. propter grauitatem
odoris, quoniam ὄξεις, olere græcis est.

C I P

Cyparissias, Tithymali species quinta, a-
pud Dioscor. lib. 4. cap. 168.

Cyperus in Aegypto est arbor semine Coriandri, candido, odorato, quod coquitur oleo: & inier odoratos frutices numeratur. Hierony. in Commentarijs Cantic. tradit Cypron esse genus uirgulti, quod fructum ferat odoratum in modum uiræ florentis, & Cypros uua florens appellatur. Præterea Cyperon uocant iuncum quendam triangulum, quem multi non discernunt a Cypiro, uicinitate nominis. Plin. distinguit utrumq; aitq; Cypirum esse gladiolum, radice bulbosa: Cyperū uero iuncum angulosum, iuxta terram candidum, cacumine nigrum, folia porraceis exiliata, radicem oliuæ nigra similem, Cyperida uocari, magni in medicina usus. uide Columellam, lib. 12. cap. 21.

κύπερος, Cyperus, id est, Erythrisceptrum. Cyperus, inter alia etiam maioris Draconij cognomentum. κύφη, thymiamatis cōpositio est, dicata Dijs qua abunde Aegyptij sacerdotes utuntur: in antidota misceri solet; græce κύφη, Di- scor. lib. 1. cap. Cyphi.

κύφυκεσ καυτεσ, concremata buccina. Cyporōn, genus palustris herbæ. Lege Di- scoridem lib. 1.

Cyprinus, piscis marinus. Plinius, libro .9. capite, 16.

Cyprīpum, Aiuga, uel Chamæpitys apud Dioscor. lib. 3. cap. 176.

Cypros, alias apud Plinium Ligustrum. Cyprus in Aegypto est arbor Ziziphi fo- lijs, semine Coriandri, flore candido, odo- rato. Coquitur hoc in oleo, premiturq; quod postea Cyprus uocatur. Plin. lib. 12. cap. 24. Quidam Ligustrum esse putant: quæ & in Italia nascitur. Theophrastus ue- ro Cyperinon unguentum sic uocat.

Cypseli. Lege, Apodes. κυψελίστεσ, καὶ κυψελαι, aurium sordes. Latini, aurium marmorata uocant, autore Plinio. Iuniores etiam Cerumina.

C Y R

Cyrenaici canes, ex lupis & canibus editi, Crocutæ dicti.

C Y

Cyribia, excreta tritici, aut hordet.

Cyrillus medicus, citatur ab Aureliano, li- br. 9. capite. 49.

Cyrites panis, qui ex polline consistit, mini- me omnium nutrit.

C Y S

Cyssophyllum, Cyclaminos. κύσισ, uesica.

Cystiolithi, lapides qui spongij innascun- tur; sic dicti, quia uesiculæ medeantur.

C Y T

κύτινος. Lege, κύτινος.

Cytinus aliter ab alijs exponitur. Dioscor. lib. 1. florem Punici interpretatur, sed sa- tiuæ, Balaustium uero sylvestris. Plin. li- bro. 3. cap. 6. pomum ipsum immaturum, & primum partum eius florere incipien- tem Cytinum appellat. Cytinū ipse quoq; Dioscor. cognominat Apollinaris herbæ florem: cæterum non proprie, sed per translationem. At Cicum M. Varroni di- citur membranula prætenuis in malo pu- nico inuenta. Vnde Cicures, animan- tes quæ non sunt feræ atq; agrestes. Vide, Balaustium.

Cytisus, uel Cytisum, hederæ modo stran- gular fata, meminit Dioscor. li. 4. ca. 114.

Cytrago, Dioscoridē Melissophyllum, lib. 3. capite. 117.

κυρτα, gibba, summitates in ipso iocinore: eius inferiora uero, σιμά.

κυρτοσεσ, mediæ spinæ affectio.

κυτοσ, uide Balaustium. Est autem os capi- tis uniuersum. Pollux, latine Caluam, uel Caluariam dicit.

D

D A C Acar, græce δάκαρ, insuavis & uilis cassia.

δακρυόποιοσ, lachrymas ciens.

δάκρυον τοῖον ἀιθιωτικόν ἐλάταιο, id est, la- chryma oleæ æthiopicæ. Lege. Lachry- ma æthiopica.

δακτύλιοσ, uide Porus, & Orron.

Dactylos, nostra ætas, & uulcus medicorū omne Palmulas, uel Palmæ fructum facit: cum tamen proprium genus & nomen o- lím habuerint, Vergilio teste, qui in Pal- marum censu, prælonga gracilitate curua- ti, humanis digitis, quos græci δακτύλουσ uocant, similes erant. Lege φοίνιξ, & Pal- ma. Plinius libro. 9. capite, 61. Nusq; non